ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ,
ΠΕΡΙ ΤΩΝ
ΤΗΣ ΙΝΔΙΑΣ ΕΘΝΩΝ
Καὶ τῶν
ΒΡΑΓΜΑΝΩΝ.

PALLADIUS
De Gentibus *INDIÆ*
ET
BRAGMANIBUS.

S. *AMBROSIUS*
De Moribus BRACHMANORUM.

ANONYMUS
De BRAGMANIBUS.

Quorum Priorem & Postremum nunc primum in lucem protulit
Ex Bibliotheca Regia
EDOARDUS BISSÆUS Eques Auratus,
& titulo CLARENCII Rex Armorum.

LONDINI,
Excudebat *T. Roycroft*, Regiæ Majestatis in Linguis Orientalibus Typographus. *Anno Domini* MDCLXV.


Academiæ Cantabrigiensis
Liber



Honoratissimo Illustrissimoque *D. D.*

EDOARDO HIDE

EQUITI AURATO,

CLARENDONIÆ Comiti, CORNBURIÆ Vicecomiti, Baroni HINDONIÆ, Summo *ANGLIÆ*, necnon Almæ *Oxoniensis Academiæ* Cancellario, *Sacræ Majestati Regiæ* a Secretioribus Consiliis.



SI pares essent Dignitate hi Sermones (Illustrissime Domine) *Philosophiæ, & Philosophis, de quibus pertractant, eos Tuis oculis haud prorsus indignos auderem affirmare. Nam ut antiquissimi, sic Philo-*

 sophorum

sophorum omnium optimi erant BRACHMANES. Lucianus, *qui non cuiquam Philosophorum parcit, illos vocat* γένος ὄλβιον, *nec alios præter id hominum genus Philosophis annumerare dignatur. Tanti facis quicquid nomen meretur Eruditionis, cujus Tu (Eruditorum omnium Amor & Delitiæ) principem locum tenes, ut Literatos omnes, qui sunt in aliquo pretio, Amore digneris & Patrocinio. Tuo Nomini hæc nuncupanda vel ideo duxi, ut quod à se non habent, per Te habere inciperent, & ex Tua Dignitate mutuarentur quod ab Editoris merito haudquaquam nancisci potuerunt. Multa enim (inquit Ille) idcirco pretiosa sunt, quia Templis sunt dicata. Hoc jam quali quali functus Officio, de Familiis* Nobilitatis Anglicanæ, *tanto magis memorandæ, quo diutius Decessorum Tabulis neglectæ, aliquid dicere serio accingor. Nam licet numero Imaginum, claritate Prosapiæ, & antiquitate Stemmatum (inter quæ Tuum merito numerandum) exteris Nationibus non cedimus, attamen*

men aut minimum, aut nihil hisce de rebus compertum habent quicunque sub alio cœlo quam nostro vivunt. Cæterum, si quid opera nostra desudaverit in eorum gratiam, id totum Tibi acceptum referre par est. Profiteor enim ingenue, me, nisi ut Tuæ inservirem Familiæ, quæ me quasi mancipio & nexu, Tuis ingentibus Beneficiis, devinctum tenet, nunquam fuisse ut huic Operi vacarem. Namque Tui Favores, quibus jure glorior, tot & tanti fuerunt, ut tantum superent omnem grati animi significationem, quantum excedunt merita mea. Tuæ Benignitati debentur, nullo nostro merito provocatæ, quæ cum insita & ingenita naturæ Tuæ alienari non possit, Favoris & Præsidii in perpetuum sum securus.

Illustrissimæ Amplitudini Tuæ

Devotissimus

EDOARDUS BISSÆUS

CLARENCEUX.



DE

Brachmanibus, *ſive* Gymnoſophiſtis, *Teſtimonia* Veterum.

STRABO lib. 15.



ΛΛΗΝ δὲ διαίρεσιν ποιεῖται [Μεγασθένης] περὶ τῶν φιλοσόφων, δύο γένη φάσκων, ὧν τοὺς μὲν Βραχμᾶνας καλεῖ, τοὺς δὲ Γερμᾶνας. Τοὺς δὲ μὲν οὖν Βραχμᾶνας εὐδοκιμεῖν, μᾶλλον γὰρ καὶ ὁμολογεῖν ἐν τοῖς δόγμασιν· ἤδη δ' εὐθὺς καὶ κυομένους ἔχειν ἐπιμελητὰς λογίους ἄνδρας· οὓς προσιόντας λόγον μὲν ἐπᾴδειν δοκεῖν καὶ τὴν μητέρα καὶ τὸν κυόμενον εἰς εὐτεκνίαν· τὸ δ' ἀληθὲς, σωφρονικάς τινας παραινέσεις καὶ ὑποθήκας διδόναι· τὰς δὲ ἥδιστα ἀκροωμένας μᾶλλον εὐτέκνους εἶναι νομίζεσθαι. Μετὰ δὲ τὴν γένεσιν ἄλλους καὶ ἄλλους

διαδέχεσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, ἀεὶ τῆς μείζονος ἡλικίας χαριεστέρων τυγχανούσης διδασκάλων. Διατρίβειν δὲ τοὺς φιλοσόφους ἐν ἄλσει πρὸ τῆς πόλεως ὑπὸ περιβόλῳ συμμέτρῳ λιτῶς ζῶντας ἐν στιβάσι καὶ δοραῖς, ἀπεχομένους ἐμψύχων καὶ ἀφροδισίων, ἀκροωμένους λόγων σπουδαίων, μεταδιδόντας καὶ τοῖς ἐθέλουσι. τὸν δ' ἀκροώμενον οὔτε λαλῆσαι θέμις, οὔτε χρέμψασθαι, ἀλλ' οὐδὲ πτύσαι, ἢ ἐκβάλλεσθαι τῆς συνουσίας τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡς ἀκολασταίνοντα. Ἔτη δ' ἑπτὰ καὶ τριάκοντα οὕτως ζήσαντα ἀναχωρεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ κλῆσιν ἕκαστον, καὶ ζῆν ἀδεῶς καὶ ἀνειμένως μᾶλλον, σινδονοφοροῦντα καὶ χρυσοφοροῦντα μετρίως ἐν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ὠσί, προσφερόμενον σάρκας, μηκέτι τῶν πρὸς τὴν χρείαν συνεργῶν ζώων δριμέων καὶ ἀρτυτῶν ἀπεχόμενον. Γαμεῖν δ' ὅτι πλείστας εἰς πολυτεκνίαν· ἐκ πολλῶν γὰρ καὶ τὰ σπουδαῖα πλείω γίνεσθαι· ἀναδουλοῦσί τε τὴν ἐκ τέκνων ἣν μὴ ἔχωσι δούλους ὑπηρεσίαν, ἐγγυτάτω οὖσαν πλείω δεῖν παρασκευάζεσθαι. Ταῖς δὲ γυναιξὶ ταῖς γαμεταῖς μὴ συμφιλοσοφεῖν τοὺς Βραχμᾶνας· εἰ μὲν μοχθηραὶ γίνοιντο, ἵνα μή τι τῶν θεμιτῶν ἐκφέροιεν εἰς τοὺς βεβήλους· εἰ δὲ σπουδαῖαι, μὴ καταλείποιεν αὐτούς. Οὐδένα γὰρ ἡδονῆς καὶ πόνου καταφρονοῦντα, ὡς δ' αὔτως ζωῆς καὶ θανάτου, ἐθέλειν ὑφ' ἑτέρῳ εἶναι· τοιοῦτον δ' εἶναι τὸν σπουδαῖον καὶ τὴν σπουδαίαν. Πλείστους δ' αὐτοῖς εἶναι λόγους περὶ θανάτου· νομίζειν μὲν γὰρ δὴ τὸν μὲν ἐνθάδε βίον ὡς ἂν ἀκμὴν κυομένων εἶναι· τὸν δὲ θάνατον γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον, καὶ τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι· διὸ τῇ ἀσκήσει πλείστῃ χρῆσθαι πρὸς τὸ ἑτοιμοθάνατον· ἀγαθὸν δὲ ἢ κακὸν μηδὲν εἶναι τῶν συμβαινόντων ἀνθρώποις· οὐ γὰρ ἂν τοῖς αὐτοῖς τοὺς μὲν ἄχθεσθαι, τοὺς δὲ χαίρειν, ἐνυπνώδεις ὑπολήψεις ἔχοντας· καὶ τοὺς αὐτοὺς τοῖς αὐτοῖς τοτὲ μὲν ἄχθεσθαι, τοτὲ δ' αὖ χαίρειν μεταβαλλομένους. τὰ δὲ περὶ φύσιν, τὰ μὲν εὐήθειαν ἐμφαίνειν φησίν· ἐν

ἔργοις

ἔργοις γὰρ αὐτοὺς κρείττους ἢ λόγοις εἶναι, διὰ μύθων τὰ πολλὰ πιστουμένους. Περὶ πολλῶν δὲ τοῖς Ἕλλησιν ὁμοδοξεῖν· ὅτι γὰρ γεννητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτὸς λέγειν κἀκείνους, καὶ ὅτι σφαιροειδής· ὅ,τε διοικῶν αὐτὸν καὶ ποιῶν θεὸς δι' ὅλου διαπεφοίτηκεν αὐτοῦ. ἀρχαὶ δὲ τῶν μὲν συμπάντων ἕτεραι, τῆς δὲ κοσμοποιίας τὸ ὕδωρ· πρὸς δὲ τοῖς τέτταρσι στοιχείοις πέμπτη τίς ἐστι φύσις ἐξ ἧς ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ ἄστρα· γῆ δ' ἐν μέσῳ ἵδρυται τοῦ παντός. καὶ περὶ σπέρματος δὲ καὶ ψυχῆς ὅμοια λέγεται, καὶ ἄλλα πλείω. παραπλέκουσι δὲ καὶ μύθους, ὥσπερ καὶ Πλάτων, περί τε ἀφθαρσίας ψυχῆς καὶ τῶν καθ' ᾅδου κρίσεων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Περὶ μὲν τῶν Βραχμάνων ταῦτα λέγει. Τοὺς δὲ Γερμάνας, τοὺς μὲν ἐντιμοτάτους Ὑλοβίους φησὶν ὀνομάζεσθαι, ζῶντας ἐν ταῖς ὕλαις ἀπὸ φύλλων καὶ καρπῶν ἀγρίων, ἐσθῆτος δὲ φλοιῶν δενδρίνων, ἀφροδισίων χωρὶς καὶ οἴνου. τοῖς δὲ βασιλεῦσι συνεῖναι δι' ἀγγέλων πυνθανομένοις περὶ τῶν αἰτίων, καὶ δι' ἐκείνων θεραπεύουσι καὶ λιτανεύουσι τὸ θεῖον . . . . . .

Ἀριστόβουλος δὲ τῶν ἐν Ταξίλοις σοφιστῶν ἰδεῖν δύο φησί, Βραχμᾶνας ἀμφοτέρους, τὸν μὲν πρεσβύτερον ἐξυρημένον, τὸν δὲ νεώτερον κομήτην, ἀμφοτέροις δ' ἀκολουθεῖν μαθητάς· τὸν μὲν οὖν ἄλλον χρόνον κατ' ἀγορὰν διατρίβειν τιμωμένους ἀντὶ συμβούλων ἐξουσίαν ἔχοντας ὅ,τι βούλονται τῶν ὠνίων φέρεσθαι δωρεάν. ὅτῳ δ' ἂν προσίωσι, καταχεῖν αὐτῶν τοῦ σησαμίνου λίπους ὥστε κατὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν. τοῦ τε μέλιτος πολλοῦ προκειμένου καὶ τοῦ σησάμου, μάζας ποιουμένους τρέφεσθαι δωρεάν. παρερχομένους δὲ καὶ πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου τράπεζαν παραστάντας δειπνεῖν, καρτερίαν διδάσκειν παραχωροῦντας εἴς τινα τόπον πλησίον· ὅπου τὸν μὲν πρεσβύτερον πεσόντα ὕπτιον ἀνέχεσθαι τῶν ἡλίων καὶ τῶν ὄμβρων· ἤδη γὰρ ὕειν, ἀρχομένου τοῦ ἔαρος· τὸν δὲ ἑστάναι μονοσκελῆ ξύλον ἐπηρμένον ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὅσον τρίπηχυ· κάμνοντος δὲ τοῦ σκέλους, ἐπὶ

θάτερον μεταφέρειν τὴν βάσιν, καὶ διατελεῖν οὕτως τὴν ἡμέραν ὅλην· φανῆναι δ' ἐγκρατέστερον μακρῷ τὸν νεώτερον, συνακολουθήσαντα μικρὰ τῷ βασιλεῖ, ταχὺ ἀναστρέψαι πάλιν ἐπ' οἴκου, μετιόντος τε αὐτὸν, κελεῦσαι ἥκειν εἴ του βούλεται τυγχάνειν. τὸν δὲ συναπᾶραι μέχρι τέλους, καὶ μεταμφιάσασθαι, καὶ μεταθέσθαι τὴν δίαιταν, συνόντα τῷ βασιλεῖ· ἐπιτιμώμενον δὲ ὑπό τινων λέγειν, ὡς ἐκπληρώσειε τὰ τετταράκοντα ἔτη τῆς ἀσκήσεως ἃ ὑπέσχετο. Ἀλέξανδρον δὲ τοῖς παισὶν αὐτοῦ δοῦναι δωρεάν. . . . . Ὀνησίκριτος δέ φησιν αὐτὸς πεμφθῆναι διαλεξόμενος τοῖς Σοφισταῖς· ἀκούειν γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον ὡς γυμνοὶ διατελοῖεν, καὶ καρτερίας ἐπιμελοῖντο οἱ ἄνθρωποι, ἐν τιμῇ τε ἄγοιντο πλείστῃ, παρ' ἄλλους δὲ μὴ βαδίζοιεν κληθέντες, ἀλλὰ κελεύοιεν αὐτοὺς φοιτᾶν παρ' αὐτοὺς, εἴ τι μετασχεῖν ἐθέλοιεν τῶν πραττομένων ἢ λεγομένων ὑπ' αὐτῶν. τοιούτων δὲ ὄντων, ἐπειδὰν οὔτε αὐτῷ πρέπειν ἐδόκει παρ' ἐκείνους φοιτᾶν, οὔτε ἐκείνους βιάζεσθαι παρὰ τὰ πάτρια ποιεῖν τι ἄκοντας, αὐτὸς ἔφησε πεμφθῆναι· καταλαβεῖν δὲ ἄνδρας πεντεκαίδεκα ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς πόλεως, ἄλλον ἐν ἄλλῳ σχήματι ἑστῶτα, ἢ καθήμενον, ἢ κείμενον γυμνὸν, ἀκίνητον ἕως ἑσπέρας, εἶτ' ἀπερχόμενον εἰς τὴν πόλιν· χαλεπώτατον δ' εἶναι τὸ ἥλιον ὑπομεῖναι οὕτω θερμὸν ὥστε τῶν ἄλλων μηδένα ὑπομένειν γυμνοῖς ἐπιβῆναι τοῖς ποσὶ τῆς γῆς ῥᾳδίως κατὰ μεσημβρίαν. Διαλεχθῆναι δ' ἑνὶ τούτων Καλάνῳ, ὃν καὶ συνακολουθῆσαι τῷ βασιλεῖ μέχρι Περσίδος, καὶ ἀποθανεῖν τῷ πατρίῳ νόμῳ τεθέντα ἐπὶ πυρκαϊάν· τότε δὲ ἐπὶ λίθῳ τυχεῖν κείμενον. Προσιὼν οὖν καὶ προσαγορεύσας, εἰπεῖν ἔφη ὅτι πεμφθείη παρὰ τοῦ βασιλέως ἀκροασόμενος τῆς φιλοσοφίας αὐτῶν, καὶ ἀπαγγελῶν πρὸς αὐτόν· εἰ οὖν μηδεὶς εἴη φθόνος, ἕτοιμος εἴη μετασχεῖν τῆς ἀκροάσεως· ἰδόντα δ' ἐκεῖνον χλαμύδα καὶ καυσίαν φοροῦντα καὶ κρηπῖδα, καταγελάσαντα,

Τὸ

Τὸ παλαιὸν, φᾶναι, πάντ' ἦν ἀλφίτων καὶ ἀλεύρων πλήρη, καθάπερ καὶ νῦν κόνεως· καὶ κρῆναι δ' ἔρρεον, αἱ μὲν ὕδατος, γάλακτος δ' ἄλλαι, καὶ ὁμοίως αἱ μὲν μέλιτος, αἱ δ' οἴνου, τινὲς δ' ἐλαίου· ὑπὸ πλησμονῆς δ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τρυφῆς εἰς ὕβριν ἐξέπεσον· Ζεὺς δὲ, μισήσας τὴν κατάστασιν, ἠφάνισε πάντα, καὶ διὰ πόνου τὸν βίον ἀπέδειξε· σωφροσύνης δὲ καὶ ἄλλης ἀρετῆς παρελθούσης εἰς τὸ μέσον, πάλιν εὐπορία τῶν ἀγαθῶν ὑπῆρξεν· ἐγγὺς δ' ἐστὶ κόρου νυνὶ καὶ ὕβρεως τὸ πρᾶγμα, κινδυνεύει τε ἀφανισμὸς τῶν ὄντων γενέσθαι. Ταῦτα εἰπόντα κελεύειν εἰ βούλοιτο ἀκροάσασθαι καταθέμενον τὴν σκευὴν γυμνὸν ἐπὶ τῶν αὐτῶν λίθων κείμενον μετέχειν τῶν λόγων. Ἀπορουμένου δ' αὐτοῦ, Μάνδανιν, ὅσπερ ἦν πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος αὐτῶν, τὸν μὲν ἐπιπλῆξαι ὡς ὑβριστὴν, καὶ ταῦτα ὕβρεως κατηγορήσαντα, αὐτὸν δὲ προσκαλέσασθαι καὶ εἰπεῖν, ὡς τὸν μὲν βασιλέα ἐπαινοίη διότι ἀρχὴν τοσαύτην διοικῶν ἐπιθυμοίη σοφίας· μόνον γὰρ ἴδοι αὐτὸν ἐν ὅπλοις φιλοσοφοῦντα· ὠφελιμώτατον δ' εἴη τῶν ἁπάντων εἰ οἱ τοιοῦτοι φρονοῖεν οἷς πάρεστι δύναμις τοὺς μὲν ἑκουσίους πείθειν σωφρονεῖν, τοὺς δ' ἀκουσίους ἀναγκάζειν. αὐτῷ συγγνώμη εἴη εἰ δι' ἑρμηνέων τριῶν διαλεγόμενος, πλὴν φωνῆς μηδὲν πλέον συνιέντων ἢ οἱ πολλοὶ, μηδὲν ἰσχύσει τῆς ὠφελείας ἀπόδειξιν ποιήσασθαι· ὅμοιον γὰρ ὡς ἂν διὰ βορβόρου καθαρὸν ἀξιοῖ τις ὕδωρ ῥεῖν. Τὰ γοῦν λεχθέντα εἰς τοῦτ' ἔφη συντείνειν, ὡς εἴη λόγος ἄριστος ὃς ἡδονὴν καὶ λύπην ψυχῆς ἀφαιρήσεται· καὶ ὅτι λύπη καὶ πόνος διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ πολέμιον, τὸ δὲ φίλον αὐτῆς. τὰ δὲ σώματα ἀσκοῦσι πρὸς πόνον, ἵν' αἱ γνῶμαι ῥωννύοιντο, ἀφ' ὧν καὶ στάσεις παύοιεν, καὶ σύμβουλοι πᾶσιν ἀγαθῶν παρεῖεν, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ, καὶ δὴ καὶ Τάξει, ᾗ νῦν συμβουλεῦσαι ἐνδέχεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον· κρείττω μὲν γὰρ αὑτοῦ δεξάμενον, εὖ πείσεσθαι· χείρω δὲ, εὖ διαθήσειν. Ταῦτ' εἰπόντα

ἐξερέσθαι

ἐξέρεσθαι εἰ καὶ ἐν τοῖς Ἕλλησι λόγοι τοιοῦτοι λέγοιντο. Εἰπόντας δ' ὅτι καὶ Πυθαγόρας τοιαῦτα λέγει, κελεύει τε ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, καὶ Σωκράτης, καὶ Διογένης, οὗ καὶ αὐτὸς ἀκροάσαιτο, ἀποκρίνασθαι, ὅτι τἆλλα μὲν νομίζει φρονίμως αὐτοῖς δοκεῖν, ἓν δ' ἁμαρτάνειν, νόμον πρὸ τῆς φύσεως τιθεμένους· οὐ γὰρ ἂν αἰσχύνεσθαι γυμνοὺς, ὥσπερ αὐτὸν, διάγειν ἀπὸ λιτῶν ζῶντας· καὶ γὰρ οἰκίαν ἀρίστην εἶναι ἥτις ἂν ἐπισκευῆς ἐλαχίστης δέηται. ἔφη δ' αὐτοὺς καὶ τῶν περὶ φύσιν πολλὰ ἐξετάσαι, καὶ προσημασίαν ὄμβρων, αὐχμῶν, νόσων· ἀπιόντας δ' εἰς τὴν πόλιν κατὰ τὰς ἀγορὰς σκεδάννυσθαι· ὅτῳ δ' ἂν κομίζοντι σῦκα ἢ βότρυς περιτύχωσι, λαμβάνειν δωρεὰν παρέχοντος· εἰ δ' ἔλαιον εἴη, καταχεῖσθαι αὐτῶν καὶ ἀλείφεσθαι· ἅπασαν δὲ πλουσίαν οἰκίαν ἀνεῖσθαι αὐτοῖς μέχρι γυναικωνίτιδος· εἰσιόντας δὲ δείπνου κοινωνεῖν καὶ λόγων. Αἴσχιστον δὲ αὐτοῖς νομίζεσθαι νόσον σωματικήν· τὸν δ' ὑπονοήσαντα καθ' αὑτοῦ τοῦτο, ἐξάγειν ἑαυτὸν διὰ πυρὸς νήσαντα πυρὰν, ὑπαλειψάμενον δὲ, καὶ καθίσαντα ἐπὶ τὴν πυρὰν ὑφάψαι κελεύειν, ἀκίνητον δὲ κάεσθαι. Νέαρχος δὲ περὶ τῶν Σοφιστῶν οὕτω λέγει, τοὺς μὲν Βραχμᾶνας πολιτεύεσθαι καὶ παρακολουθεῖν τοῖς βασιλεῦσι συμβούλους, τοὺς δ' ἄλλους σκοπεῖν τὰ περὶ τὴν φύσιν· τούτων δὲ εἶναι καὶ Κάλανον· συμφιλοσοφεῖν δ' αὐτοῖς καὶ γυναῖκας· τὰς δὲ διαίτας ἁπάντων σκληράς. . . . . . . Μεγασθένης δ' ἐν μὲν τοῖς φιλοσόφοις οὐκ εἶναι δόγμα φησὶν ἑαυτοὺς ἐξάγειν· τοὺς δὲ ποιοῦντας τοῦτο νεανικοὺς κρίνεσθαι· τοὺς μὲν σκληροὺς τῇ φύσει φερομένους ἐπὶ πληγὴν ἢ κρημνὸν, τοὺς δ' ἀπόνους ἐπὶ βυθὸν, τοὺς δὲ πολυπόνους ἀπαγχομένους, τοὺς δὲ πυρώδεις εἰς πῦρ ὠθουμένους· οἷος ἦν καὶ ὁ Κάλανος ἀκόλαστος ἄνθρωπος, καὶ ταῖς Ἀλεξάνδρου τραπέζαις δεδουλωμένος. τοῦτον μὲν οὖν ψέγεσθαι, τὸν δὲ Μάνδανιν ἐπαινεῖσθαι, ὃς, τῶν τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγγέλων καλούντων πρὸς τὸν

Διὸς

Διὸς υἱόν, πειθομένῳ τε δῶρα ἔσεσθαι ὑπισχνουμένων, ἀπειθοῦντι
δὲ κόλασιν, μήτε ἐκεῖνον φαίη Διὸς υἱὸν ὅς γε ἄρχει μηδὲ πολλοστοῦ
μέρους τῆς γῆς· μηδὲ αὐτῷ δεῖν τῶν παρ᾽ ἐκείνου δωρεῶν, ὧν οὐδεὶς
κόρος· μήτε δὲ ἀπειλῆς εἶναι φόβον, ᾧ ζῶντι μὲν ἀρκοῦσα εἴη τρο-
φὸς ἡ Ἰνδική, ἀποθανόντι δὲ ἀπαλλάξαιτο τῆς σαρκὸς ὑπὸ γήρως
τετρυχωμένης, μεταστὰς εἰς βελτίω καὶ καθαρώτερον βίον. ὥστ᾽ ἐπαι-
νέσαι τὸν Ἀλέξανδρον καὶ συγχωρῆσαι.

DE Philoſophis quoque diviſionem aliam inſtituit [Megaſthenes] duo genera eorum faciens, quorum unum Brachmanes, alterum Germanes, dicatur: præſtare autem Brachmanes alteris, quod eorum decreta magis ſint conſentanea. Hi, quamprimum concepti ſunt, viros doctos curatores habent, qui & matri & concepto accedentes, in ſpeciem quidem incantando proli ac matri felicitatem conciliant; ſed revera quædam continentiæ præcepta dant. Matres quæ libenter eos audiant eo feliciores prole futuras exiſtimant. Poſtquam vero nati ſunt, alios atque alios curatores ſortiuntur: nam quo magis ætas adoleſcit, tanto elegantiores magiſtri ſuccedunt. Philoſophos iſtos ante urbem in luco degere, intra mediocrem ambitum quo cingantur: frugaliter vivere, ſuper toris ac pellibus jacere, animalibus ac Venere abſtinere, ſeriis ſermonibus intentos, & cum volentibus audire communicantes. Auditori autem non licere nec loqui, nec ſcreare, aut exſpuere, alioqui diem illam cœtu excludi, ut incontinentem. Et cum triginta & ſeptem annos ſic vixerint, in ſua ſecedere, & laxius licen-
tiuſque

tiusque vivere, sindonem induere, aurum in manibus & auribus moderate gestare, & carnibus vesci animalium, quæ hominum opera non adjuvant,ab acribus & condimentis abstinere,quamplurimas ducere uxores multiplicandæ prolis gratia : nam e pluribus plura etiam nasci bona. Cogunt e filiis aliquem, si servos non habeant in ministerium, gravidæ necessaria parare. Brachmanas cum uxoribus non philosophari, ne, si improbæ sint, aliquid quod efferri nefas sit in profanos efferant ; si probæ, viros relinquant. Nam qui voluptatem ac dolorem, vitam ac mortem, æque contemnat, subditum esse alteri nolle : hujusmodi autem esse probum & probam. Plurimas eorum de morte disputationes esse. Nam hanc vitam habendam esse quasi recens conceptorum hominum statum, mortem vero partum in veram illam & felicem vitam iis qui recte philosophati sint : propterea eos multa exercitatione se ad mortem præparare. Nihil eorum quæ hominibus accidere dicuntur, bonum vel malum : neque enim futurum ut iisdem e rebus alii molestiam alii gaudium caperent, somni similes opiniones concipientes ; utque iidem ex iisdem interdum angerentur, interdum immutati gauderent. Ait quædam ex iis quæ de natura disserunt stultitiam eorum arguere, potentiores enim esse operibus quam sermone, fabulis pleraque confirmantes. De multis vero cum Græcis sentire ; ut quod mundus sit ortus, & interiturus, & sphæricus ; & quod conditor & administrator ejus Deus universum eum pervadat : universarum rerum primordia diversa esse , mundi autem aquam, & præter quatuor elementa quintam quandam naturam esse, ex qua cœlum astraque constent ; terram in medio sitam Universi ; de semine, de anima, aliisque complu-

compluribus ſimilia eos dicere; texere etiam fabulas quaſdam, quemadmodum Plato, de immortalitate Animæ, & de judiciis quæ apud Inferos fiunt, & alia hujuſmodi non pauca. Ac de Brachmanis quidem hactenus. *Germanum* eos honoratiſſimos ait, qui Hylobii appellantur, ex eo quod in ſilvis degunt, e frondibus & ſilveſtribus fructibus viventes, veſtem ex arborum corticibus habentes, vini & Veneris expertes. Hos cum Regibus de cauſis rerum interrogantibus per nuncios colloqui, & per illos Deum a Regibus coli & placari. . . . . Ariſtobulus in Taxilis vidiſſe ſe dicit Sophiſtas duos, utroſque Brachmanes; alterum ſeniorem tonſum, alterum juniorem comatum, utrumque diſcipulis comitatum fuiſſe: ſolitos reliquo tempore in foro verſari, & ut conſiliariis honorem hunc habitum ut quicquid ex rebus venalibus vellent, id gratis auferre liceret: & ad quemcunque acceſſerint ſeſamino oleo eos perfundere, ut uſque ad oculos fluat; & multo melle ac ſeſamo præſente panem conficientes gratis enutritos. Cumque etiam ad Alexandri menſam accederent, aſſiſtentes cœnaſſe, & tolerantiam docuiſſe: nam in locum quendam proximum cum ſeceſſiſſent, ſeniorem ſupinum & Solem & imbres pertuliſſe; jam enim pluebat Vere incipiente: juniorem vero in altero pede ſtantem lignum tricubitale ambabus manibus ſublatum ſuſtentaſſe, eo pede autem jam defeſſo, alteri innixum, atque ita totum diem perſeveraſſe. Ex his longe continentiorem viſum fuiſſe juniorem, qui cum aliquamdiu Regem ſecutus fuiſſet, domum reverſus eſt; quo eum accerſente, juſſit ſi quid vellet ad ſe venire: alterum uſque ad extremum ſecutum, & veſtem induiſſe, & victum apud Regem immutaſſe: & cum a quibuſdam in-

 creparetur,

creparetur, refpondiffe, quadraginta exercitationis annos fe compleffe quos promififfet. Alexandrum filiis ejus dona plurima dediffe. . . . . . . Onecicritus miffum fe fcribit ut cum Sophiftis colloqueretur: etenim Alexandrum audiviffe nudos eos incedere, & tolerantiam exercentes in honore maximo haberi, ad alios autem fi vocarentur non ire, fed jubere ut ad fe venirent fi quid affequi vellent quod ab eis ageretur & diceretur. Proinde cum effent tales, & neque fibi decorum putaret Alexander ad illos accedere, nec vellet invitos cogere ut quicquam facerent præter patria inftituta, fe miffum inquit. Inveniffe autem fe quindecim homines viginti ftadiis ab urbe, alium in alio geftu, vel ftantem, vel fedentem, vel jacentem nudum, & ufque ad vefperam immotum, poftea in urbem difcedentem. Omnium vero difficillimum effe Solem perpeti adeo calidum ut nemo alius nudis pedibus in meridie terram calcare fuftineret. Collocutum fe cum uno eorum, nomine Calano, qui poftea ufque in Perfiam Alexandrum fecutus, fecundum patriam legem mortuus eft, in rogum impofitus: tunc autem forte lapidibus incubabat; itaque acceffiffe, & eum appellaffe ac dixiffe, miffum fe ab Alexandro eorum fapientiam auditum, & Regi renunciatum; quare fe paratum audire nifi quid obftaret. At Calanum, cum chlamydem & caufiam ac crepidas indutum confpexiffet, rifu fublato ita fatum; Olim omnia plena erant triticeæ & hordeaceæ farinæ, ut nunc pulveris; fontes alii lacte, alii aqua fluebant, nonnulli melle, alii vino, quidam oleo: homines autem ob fatietatem ac luxuriam ad contumeliam fe transdiderunt. Jupiter itaque præfentem ftatum exofus omnia abolevit, & vitam per laborem inftituit.

Tunc

Tunc temperantia & virtutibus cæteris in medium prodeunti-bus, rursum bonorum copia facta est. Nunc jam res pene ad saturitatem contumeliamque rediit, ac periculum est ne rerum omnium interitus impendeat. Quæ cum dixisset, jussisse, si quid vellet audire, ut eo habitu deposito super iisdem lapidibus nudus jaceret. Se autem animi dubio, Mandanim, qui cæteros anteibat ætate pariter atque sapientia, Calanum objurgasse, qui contumeliam culpans ipse contumeliose ageret: sibi ad eum vocato dixisse illum; Summopere quidem Alexandrum laudo quod in tanta administrandi imperii mole sapientiam expetit, quem solum ego in armis philosophantem vidi. Longe utilissimum fuerit si ii sapiant quibus potestas est volentibus continentiam persuadendi, invitos autem ad eam cogendi. Mihi autem, aiebat, venia debetur si per tres Interpretes colloquens, qui præter vocem plebeio quovis nihil amplius intelligunt, non possum nostræ sapientiæ vim ei demonstrare: nam perinde res habet ac si quis postularet limpidam aquam per cœnum delabi. Omnia itaque dicta Mandanis eo pertinuisse; Eam esse optimam doctrinam quæ voluptatem molestiamque animo eximeret; molestiam a labore differre, quod illa ei esset inimica, alter vero amicissimus. Ipsos corpora ad laborem exercere ut mentes confirmentur, quibus motus sedentur, & bona omnibus consulendi publice privatimque facultas adesset: quomodo etiam nunc Alexandrum instituturi essent ut & meliori recte obtemperare, & deteriorem reddere meliorem possit. Posthæc interrogasse num talia etiam apud Græcos dicerentur. Cumque respondisset ipse, eadem Pythagoram docere, ac jubere ab animalibus abstinere, tum Socratem, & Diogenem, quem ipse

audiſſet, intuliſſe Mandanim ; Sane prudenter eos de cæteris rebus ſentire exiſtimo, in uno autem errare, quod legem anteponunt naturæ ; alias enim non puderet eos noſtro more nudos degere, & tenui victu eſſe contentos ; cum ea optima domus ſit quæ minimo apparatu indigeat. Addidit, multa eos de naturà, de prædictione imbrium, ſiccitatum, & morborum inquirere. Abeuntes vero in urbem per fora diſpergi, & quemcunque offenderint ficus vel uvas ferentem,ab eo gratis capere ; ſi oleum fuerit, eo perfundi & inungi : omnem domum divitum iis patere uſque in mulierum conclavia ; ingreſſos autem in cœnæ & ſermonum communicationem adhiberi. Turpe apud eos putari corporis morbum : quem ſi quis veretur, ſeipſum igni e vita educit : nam conſtructo rogo ſuper eum perunctus ſedet, & accendi jubens immotus comburitur. Nearchus de Sophiſtis ita loquitur ; Brachmanas in civitatibus verſari, & Reges ſequi, & eorum conſiliarios eſſe, cæteros vero quæ ad naturam pertinent contemplari ; & ex his Calanum fuiſſe.... Megaſthenes nullum Philoſophis decretum eſſe de morte ſibi conſciſcenda affirmat ; ſed temerarios haberi qui hoc in ſe admittant : ac natura quidem duros, in vulnus vel præcipitium ferri ; doloris impatientes, in profundum maris ; doloris patientiſſimos, ſtrangulari ; igneos, in ignem detrudi : ac talem Calanum fuiſse , incontinentem ſane hominem, & menſæ Alexandri mancipium. Ea propter hunc vituperari, Mandanim ſummopere laudari. Is, cum Alexandri nuncii eum ad Jovis filium vocarent, & parenti dona pollicerentur, dicto non audienti minarentur cruciatum, reſpondit, Neque illum Jovis filium eſse qui ne minimæ quidem terrarum

parti

parti imperaret : nec ſe illius dona requirere, quorum nulla eſt ſatietas ; nec minis terreri, cum vivens ſatis ab India nutriatur, mortuus vero ab attrita jam ſenio carne liberetur, in meliorem purioremque vitam tranſmigrans. Itaque ab Alexandro laudatum dicit, & miſsum factum.

CICERO *Tuſc.Quæſt.* lib.5.

QUÆ Barbaria India vaſtior aut agreſtior ? in ea tamen gente primum hi qui Sapientes habentur, nudi ætatem agunt, & Caucaſi nives hyemalemque vim perferunt ſine dolore. Quumque ad flammam ſe applicaverint, ſine gemitu aduruntur.

PLINIUS *Nat. Hiſt.* lib.7. cap.2.

PHiloſophos eorum, quos Gymnoſophiſtas vocant, ab Exortu ad Occaſum perſtare contuentes Solem immobilibus oculis ; ferventibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere.

PLUTARCHUS

ΤΩΝ δὲ Γυμνοσοφιστῶν τοὺς μάλιστα τὸν Σάββαν ἀναπείσαντας ἀποστῆναι, καὶ κακὰ πλεῖστα τοῖς Μακεδόσι παρασχόντας, λαβὼν δέκα δεινοὺς δοκοῦντας εἶναι περὶ τὰς ἀποκρίσεις, καὶ βραχυλόγους, ἐρωτήματα προὔγραφεν αὐτοῖς ἄπορα, φήσας ἀποκτενεῖν τὸν μὴ ὀρθῶς ἀποκρινόμενον πρῶτον, εἶτα ἐφεξῆς οὕτω τοὺς ἄλλους. ἕνα δὲ τὸν πρεσβύτατον ἐκέλευσε κρίνειν. ὁ μὲν οὖν πρῶτος ἐρωτηθεὶς πότερον οἴεται τοὺς ζῶντας εἶναι πλείονας, ἢ τοὺς τεθνηκότας· ἔφη τοὺς ζῶντας, οὐκέτι γὰρ εἶναι τοὺς τεθνηκότας. ὁ δὲ δεύτερος, πότερον τὴν γῆν ἢ τὴν θάλατταν μείζονα τρέφειν θηρία. Τὴν γῆν, ταύτης γὰρ ἔφη μέρος εἶναι τὴν θάλατταν. ὁ δὲ τρίτος, ποῖον ἐστὶ ζῶον πανουργότατον, Ὃ μέχρι τοῦ νῦν, εἶπεν, ἄνθρωπος οὐκ ἔγνωκεν. ὁ δὲ τέταρτος ἀνακρινόμενος τίνι λογισμῷ τὸν Σάββαν ἀπέστησεν, ἀπεκρίνατο, Καλῶς ζῆν βουλόμενον αὐτὸν, ἢ κακῶς ἀποθανεῖν. ὁ δὲ πέμπτος ἐρωτηθεὶς πότερον οἴεται τὴν ἡμέραν ἢ τὴν νύκτα προτέραν γεγονέναι, Τὴν ἡμέραν, εἶπεν, ἡμέρᾳ μιᾷ. καὶ προσεῖπεν, οὕτως θαυμάσαντος τοῦ βασιλέως, ὅτι τῶν ἀπόρων ἐρωτήσεων ἀνάγκη καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἀπόρους εἶναι. μεταλαβὼν οὖν τὸν ἕκτον ἠρώτα πῶς ἄν τις φιληθείη μάλιστα, Ἂν κράτιστος ὤν, ἔφη, μὴ φοβερὸς ᾖ. τῶν δὲ λοιπῶν ὁ μὲν ἐρωτηθεὶς πῶς ἄν τις ἐξ ἀνθρώπων γένοιτο θεὸς, Εἴ τι πράξειεν, εἶπεν, ὃ πρᾶξαι δυνατὸν ἀνθρώπῳ μὴ ἐστίν. ὁ δὲ περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, πότερον ἰσχυρότερον, ἀπεκρίνατο, τὴν ζωὴν, τοσαῦτα κακὰ φέρουσαν. ὁ δὲ τελευταῖος, μέχρι τίνος ἄνθρωπον καλῶς ἔχον ζῆν, μέχρι οὗ μὴ νομίζει τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἄμεινον. Οὕτω δὴ τραπόμενος πρὸς τὸν δικαστὴν, ἐκέλευσεν ἀποφαίνεσθαι· τοῦ δὲ ἕτερον

ἑτέρου

ἑτέρου χεῖρον εἰρηκέναι φήσαντος, Οὐκοῦν, ἔφη, καὶ σὺ πρῶτος ἀποθανῇ τοιαῦτα κρίνων. Οὐκ ἄν γε, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, εἰ μὴ σὺ ψεύδῃ, φήσας πρῶτον ἀποκτενεῖν τὸν ἀποκρινόμενον κάκιστα. τούτους μὲν οὖν ἀφῆκε δωρησάμενος. πρὸς δὲ τοὺς ἐν δόξῃ μάλιστα, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐν ἡσυχίᾳ ζῶντας ἔπεμψεν Ὀνησίκριτον, ἀφικέσθαι δεόμενος πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ Ὀνησίκριτος ἦν φιλόσοφος τῶν Διογένει τῷ κυνικῷ συνεσχολακότων· καί φησι τὸν μὲν Κάλανον ὑβριστικῶς πάνυ καὶ τραχέως κελεύειν ἀποδύντα τὸν χιτῶνα, γυμνὸν ἀκροᾶσθαι τῶν λόγων, ἄλλως δὲ οὐ διαλέξεσθαι πρὸς αὐτόν, οὐδ' εἰ παρὰ τοῦ Διὸς ἀφῖκται· τὸν δὲ Δάνδαμιν πρᾳότερον, καὶ διακούσαντα περὶ Σωκράτους, καὶ Πυθαγόρου, καὶ Διογένους, εἰπεῖν ὡς εὐφυεῖς μὲν αὐτῷ γεγονέναι δοκοῦσιν οἱ ἄνδρες, λίαν δὲ τοὺς νόμους αἰσχυνόμενοι βεβιωκέναι· ἄλλοι δέ φασι τὸν Δάνδαμιν οὐδὲν εἰπεῖν ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον, Τίνος χάριν ὁ Ἀλέξανδρος ὁδὸν τοσαύτην δεῦρ' ἦλθε; Τὸν μὲν Κάλανον ἔπεισεν ὁ Ταξίλης ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον· ἐκαλεῖτο δὲ Σφίνης· ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν γλῶτταν τῷ Καλὲ προσαγορεύων ἀντὶ τοῦ χαίρειν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἠσπάζετο, Κάλανος ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ὠνομάσθη. Τοῦτον δὲ λέγεται καὶ τὸ παράδειγμα τῆς ἀρχῆς τῷ Ἀλεξάνδρῳ προθέσθαι· καταβαλὼν γὰρ ἐν μέσῳ βύρσαν τινὰ ξηρὰν καὶ κατεσκληκυῖαν, ἐπάτησε τὸ ἄκρον· ἡ δὲ εἰς ἓν πιεσθεῖσα τοῖς ἄλλοις ἐπῄρθη μέρεσιν· καὶ τοῦτο περιιὼν ἐν κύκλῳ καὶ πιέζων, καθ' ἕκαστον ἐδείκνυε γιγνόμενον, ἄχρι οὗ τὸ μέσον ἐπιστὰς κατέσχεν, καὶ πάντα οὕτως ἠρέμησεν. ἐβούλετο δὲ ἡ εἰκὼν ἔνδειξις εἶναι τοῦ τὰ μέσα δεῖν μάλιστα τῆς ἀρχῆς πιέζειν, καὶ μὴ μακρὰν ἀποπλανᾶσθαι τὸν Ἀλέξανδρον.

EX Gymnosophistis, qui præcipue Sabbam ad defectionem impulerant, & plurimum fatigaverant Macedonas, decem acres ad respondendum, & contractos habitos, cepit. His quæstiones obscuras proposuit, necem denuncians primo qui parum recte respondisset, inde ordine reliquis: unum natu maximum dedit Judicem. Primus interrogatus, Vivosne plures esse an mortuos censeret; Vivos ait: neque enim jam esse eos qui mortui sunt. Secundus, Terram an pelagus grandiores gignere belluas; Terram: quippe hujus, inquit, pelagus portio est. Tertius, Quod animal callidissimum esset; Quod hactenus, inquit, homo non cognovit. Quartus requisitus, Quamobrem Sabbam ad rebellionem concitasset, responsum dedit; Quo honeste viveret, aut honeste periret. Quintus rogatus, Diem an noctem putaret fuisse priorem; Diem, ait, uno die. Adjecit autem (cum id Rex admiraretur) Implicatarum interrogationum necesse esse ut essent implicatæ responsiones. Ita progrediens sextum percunctatus est, Quemadmodum quis maxime se efficiat charum; Si potentissimus, inquit ille, nec formidabilis esset. Ex reliquis alius rogatus, Quemadmodum ex mortali quis Deus evadat; Si quid fecerit, inquit, quod facere denegatum sit homini. Alius, de vita & morte, utra valentior, respondit; Vitam, tam multa tolerantem mala. Postremus, Quatenus hominem vivere deceat; Eatenus dum mori quam vivere non censeat præstare. Ita tandem versus ad Judicem pronunciare eum jussit sententiam, qui cum alium alio dixisset non pejus respondisse; Ergo tu, inquit, primus moriere qui ita decernis. Minime vero, Rex, inquit ille, nisi

tu

tu mentiaris, qui primum dixisti interfecturum te illum qui pessime respondisset: Hos igitur muneribus honoratos dimisit. Ad eos qui erant clarissimi, solitariam autem quietamque vitam agebant, Onesicritum misit petitum ad se ut venirent. Fuit Onesicritus philosophus ex Diogenis Cynici contubernio. Ait Calanum sane quam superbe & aspere jussisse ei ut posita veste eum audiret nud⁹, alioqui non congressurum cum eo ne si a Jove missus esset quidem. Dandamim egisse placidius, ac de Socrate, Pythagora, & Diogene cum audivisset dixisse, magno ingenio sibi eos viros videri fuisse, sed nimium reverentes legum. Alii Dandamim nihil memorant nisi solum hoc quæsisse; Qua de causa Alexander eo venisset tam immenso itinere. Calanum quidem, ut ad Alexandrum proficisceretur, Taxiles induxit: Sphines vocabatur, sed quod sermone Indico *Cale* pro *Salve* salutans obvios compellaret, Calanus est a Græcis nominatus. Hunc referunt exemplum imperii sui Alexandro ob oculos posuisse. Corium in medium conjecit siccum & retorridum, cujus oram calcavit. Id uno loco pressum cæteris partibus extulit se. Idem circulans undique & pedibus stringens in quaque parte ostendit evenire, quoad medium pedibus occupavit, tunc omnes partes quievere. Ea imagine significavit media regni maxime premenda, neque procul ab iis vagandum Alexandro esse.

ARRIANUS *de Expedit. Alexandri*, lib.7.

ΚΑΙ ἐπὶ τῷδε ἐπαινῶ τοὺς Σοφιστὰς τῶν Ἰνδῶν ὧν λέγουσιν ἔστιν οὓς καταληφθέντας ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ὑπαιθρίους ἐν λειμῶνι, ἵναπερ αὐτοῖς διατριβαὶ ἦσαν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ποιῆσαι πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ τε καὶ τῆς στρατιᾶς, κρούειν δὲ τοῖς ποσὶ τὴν γῆν ἐφ' ἧς βεβηκότες ἦσαν. Ὡς δὲ ἤρετο Ἀλέξανδρος δι' ἑρμηνέων, ὅτινος αὐτοῖς τὸ ἔργον, τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι ὧδε, Ὦ βασιλεῦ Ἀλέξανδρε, ἄνθρωπος μὲν ἕκαστος τοσόνδε τῆς γῆς κατέχει ὅσονπερ τοῦτο ἐστιν ἐφ' ὅτῳ βεβήκαμεν· σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν, παραπλήσιος τοῖς ἄλλοις, πλήν γε δὴ ὅτι πολυπράγμων καὶ ἀτάσθαλος, ἀπὸ τῆς οἰκείας τοσαύτην γῆν ἐπεξέρχῃ, πράγματα ἔχων τε καὶ παρέχων ἄλλοις· καὶ οὖν καὶ ὀλίγον ὕστερον ἀποθανὼν τοσοῦτον καθέξεις τῆς γῆς ὅσον ἐξαρκεῖ ἐντεθάφθαι τῷ σώματι. κἀνταῦθα ἐπῄνεσε μὲν Ἀλέξανδρος τούς τε λόγους καὶ τοὺς εἰπόντας, ἔπρασσε δὲ ὅμως ἄλλα καὶ τἀναντία οἷς ἐπῄνεσεν. . . . . Ἐς Τάξιλα αὐτῷ [Ἀλεξάνδρῳ] ἀφικομένῳ, καὶ ἰδόντι τῶν Σοφιστῶν Ἰνδῶν τοὺς γυμνοὺς, πόθος ἐγένετο ξυνεῖναί τινα οἱ τῶν ἀνδρῶν τούτων, ὅτι τὴν καρτερίαν αὐτῶν ἐθαύμασε. καὶ ὁ μὲν πρεσβύτατος τῶν Σοφιστῶν, ὅτου ὁμιληταὶ οἱ ἄλλοι ἦσαν, Δάνδαμις ὄνομα, οὔτε αὐτὸς ἔφη παρ' Ἀλέξανδρον ἥξειν, οὔτε τοὺς ἄλλους εἴα· ἀλλ' ἀποκρίνασθαι γὰρ λέγεται, ὡς Διὸς υἱὸς καὶ αὐτὸς εἴη, εἴπερ οὖν καὶ Ἀλέξανδρος. καὶ ὅτι οὔτε δέοιτό του τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου (ἔχειν γὰρ οἱ εὖ τὰ παρόντα) καὶ ἅμα ὁρᾶν τοὺς ξὺν αὐτῷ πλανωμένους τοσαύτην γῆν καὶ θάλασσαν ἐπ' ἀγαθῷ οὐδενὶ, μήτε πέρας τι αὐτοῖς γινόμενον τῶν πολλῶν πλανῶν· οὔτ' οὖν ποθεῖν τι αὐτὸς ὅτου κύριος ἦν Ἀλέξανδρος δοῦναι, οὔτ' αὖ δεδιέναι ὅτου κρατοίη ἐκεῖνος ἐς τὸ εἴργεσθαι.

σθαι· ζῶντι μὲν γὰρ οἱ τὴν Ἰνδῶν γῆν ἐξαρκεῖν φέρουσαν τὰ ὡραῖα, ἀποθανόντι δὲ ἀπαλλαγήσεσθαι οὐκ ἐπιεικοῦς ξυνοίκου τοῦ σώματος. Οὐκοῦν οὐδὲ Ἀλέξανδρον ἐπιχειρῆσαι βιάσασθαι, γνόντα ἐλεύθερον ὄντα τὸν ἄνδρα. ἀλλὰ Κάλανον γὰρ ἀναπεισθῆναι τῶν ταύτη Σοφιστῶν, ὅντινα μάλιστα δὴ αὐτοῦ ἀκράτορα Μεγασθένης ἀνέγραψεν· αὐτοὺς δὲ τοὺς Σοφιστὰς λέγειν κακίζοντας τὸν Κάλανον, ὅτι ἀπολιπὼν τὴν παρὰ σφισιν εὐδαιμονίαν, ὅ δὲ δεσπότην ἄλλον ἢ τὸν θεὸν ἐθεράπευσε.

HOc quidem nomine Indorum Sophistas laudo, quorum nonnullos cum aliquando in horto, in quem commentandi causa convenire solent, sub dio ambulantes offendisset Alexander, eos ad ipsius & exercitus conspectum nihil aliud fecisse dicunt, quam pedibus terram quam calcabant pulsasse. Alexandro autem causam ejus facti per interpretes interrogante, ita responderunt; Quoniam, O Rex Alexander, unusquisque mortalium tantum terræ possidet, quantum hoc est quod calcamus: tu vero homo reliquis similis es, præterquam quod curiosus atque iniquus tam procul a domo tua discesseris, tibi pariter atque aliis negotium facessens: cum alioqui exiguo abhinc tempore moriturus, non plus terræ sis possessurus quam corpori tuo sepeliendo sufficiat. Atque Alexander quidem Sophistarum sententiam laudavit, non destitit tamen alia,& quidem iis quæ laudarat contraria,persequi..... Cum ad Taxila urbem venisset [Alexander] Indorum Sophistas nudos conspicatus, aliquem eorum sibi adjungi optabat,

incredibilem in eis laborum tolerantiam admiratus. At qui inter illos Sophiſtas erat natu maximus, Dandamis nomine, reſpondit; Neque ſe ad Alexandrum venturum, neque aliis ut irent permiſſurum: ſe enim etiam Jovis filium eſſe perinde atque Alexander: neque ulla re ab Alexandro egere; iis enim quæ haberet contentum eſſe. Addidit præterea videre ſe, iis qui una cum eo tantum terrarum ac maris pervagati eſſent, nihil boni propoſitum eſſe, neque ullum erroribus eorum finem ſtatui. Nihil itaque ſe expetere eorum quæ Alexander largiri poſſet, ſed nec timere quidem ne iis quæ ipſe poſſideret prohiberetur: quamdiu enim viveret, Indorum regionem tempeſtivos ſtatis anni partibus fructus ferentem ipſi ſufficere; cum vero mori contingeret, ſe a corpore ut ſocio non ſatis æquo diſceſſurum. Quæ cum audiſſet Alexander, noluit invitum cogere, quod liberum hominem eſſe intelligeret; Calano tamen perſuaſiſſe, uni ex Sophiſtarum numero, quem quidem incontinentem fuiſſe Megaſthenes ſcripſit; reliquoſque Sophiſtas judicaſſe id perperam a Calano factum fuiſſe, quod relicta felicitate quam ſeſe conſecutos cenſebant, alium dominum quam Deum coleret.

Idem

Idem in Indicis.

ΝΕνέμηνται οἱ πάντες Ἰνδοὶ εἰς ἑπτὰ μάλιστα γενεάς· ἐν μὲν αὐτοῖσιν οἱ Σοφισταί εἰσι, πλήθει μὲν μείους τῶν ἄλλων, δόξῃ δὲ καὶ τιμῇ γεραρώτατοι· οὔτε γάρ τι τῷ σώματι ἐργάζεσθαι ἀναγκαίη σφιν προσκέαται, οὔτε τι ἀποφέρειν ἀφ᾽ ὅτου πονέουσιν ἐς τὸ κοινόν· οὔτε τι ἄλλο ἀνάγκης ἁπλῶς ἐπεῖναι τοῖσι Σοφιστῇσιν ὅτι μὴ θύειν τὰς θυσίας τοῖσι θεοῖσιν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἰνδῶν. καὶ ὅστις δὲ ἰδίᾳ θύει, ἐξηγητὴς αὐτῷ τῆς θυσίας τῶν τις Σοφιστῶν τούτων γίνεται, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς θύσαντας. εἰσὶ δὲ καὶ μαντικῆς οὗτοι μοῦνοι Ἰνδῶν δαήμονες, οὐδὲ ἐφεῖται ἄλλῳ μαντεύεσθαι ὅτι μὴ σοφῷ ἀνδρί· μαντεύουσι δὲ ὅσα ὑπὲρ τῶν ὡραίων τοῦ ἔτεος, καὶ εἴ τις ἐς τὸ κοινὸν συμφορὴ καταλαμβάνει· τὰ ἴδια δὲ ἑκάστοισιν οὔ σφιν μέλει μαντεύεσθαι, ἢ ὡς οὐκ ἐξικνεομένης τῆς μαντικῆς ἐς τὰ μικρότερα, ἢ ὡς οὐκ ἄξιον ἐπὶ τούτοισι πονέεσθαι. ὅστις δὲ ἁμάρτοι ἐς τρεῖς μαντευσάμενος, τούτῳ δὲ ἄλλο μὲν κακὸν γίγνεσθαι οὐδέν, σιωπᾶν δὲ εἶναι ἐπάναγκες τοῦ λοιποῦ. καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἐξαναγκάσει τὸν ἄνδρα τοῦτον φωνῆσαι ὅτου ἡ σιωπὴ κατακέκριται. οὗτοι γυμνοὶ διαιτῶνται οἱ Σοφισταί, τοῦ μὲν χειμῶνος ὑπαίθριοι ἐν τῷ ἡλίῳ· τοῦ δὲ θέρεος, ἐπὴν ὁ ἥλιος κατέχῃ, ἐν τοῖσι λειμῶσι καὶ τοῖσιν ἕλεσιν ὑπὸ δένδρεσι μεγάλοισιν.

DIstinguuntur Indi omnes in ſex potiſſimum genera hominum; quorum alii Sophiſtæ appellantur, numero quidem reliquis inferiores, ſed honore & gloria præſtantiſſimi: neque

neque enim ad ulla opera quæ corpore præſtantur adiguntur, neque quicquam conferre ad publicum uſum laborant, neque (ut ſummatim dicam) ullius plane operis neceſſitas Sophiſtis impoſita eſt, quam ut Diis pro communi ſalute ſacrificia faciant. Et ſi quis privatim ſacrificat, aliquis ex Sophiſtis interpres ſacrificiorum ei adjungitur: neque enim aliter accepta Diis ſacrificia ſunt. Sunt vero etiam hi ſoli inter Indos divinandi periti, neque cuiquam divinatio permittitur niſi ſapienti viro. Vaticinantur autem de temporibus anni, aut ſi qua publica calamitas immineat. De rebus privatis non vaticinantur; ſive quod divinandi rationem ad res minores pertinere non putent, ſive quod indignum credant circa minutiora hæc laborare. Quicunque vero ter divinando a vero aberravit, huic nihil aliud pœnæ loco infligitur quam quod ei deinceps ſilentium indicitur: neque cuiquam licet eum cui ſilentium imperatum fuerit ad loquendum cogere. Hi Sophiſtæ nudi degunt: hieme ſub dio apricantur; æſtate, cum Sol fervet, in pratis & paluſtribus locis ſub ingentibus arboribus.

APULEIUS *in Floridis.*

EST præterea genus apud illos [Indos] præſtabile, Gymnoſophiſtæ vocantur. Hos ego maxime admiror; quod homines ſunt periti, non propagandæ vitis, nec inoculandæ arboris, nec proſcindendi ſoli. Non illi norunt arvum colere, vel aurum colare, vel equum domare, vel taurum ſubigere, vel ovem vel capram tondere vel paſcere. Quid igitur eſt? Unum pro his omnibus norunt. Sapientiam percolunt

tam

tam Magiſtri ſenes quam Diſcipuli minores. Nec quidquam penes illos æque laudo, quam quod torporem animi & otium oderunt. Igitur ubi menſa poſita, priuſquam edulia apponantur, omnes adoleſcentes ex diverſis locis & officiis ad dapem conveniunt; Magiſtri perrogant quod factum a lucis ortu ad illud diei bonum fecerit. Hic alius ſe commemorat inter duos arbitrum delectum, ſanata ſimultate, reconciliata gratia, purgata ſuſpicione, amicos ex infenſis reddidiſſe; inde alius, ſeſe parentibus quidpiam imperantibus obediſſe; & alius, aliquid meditatione ſua reperiſſe, vel alterius demonſtratione didiciſſe. Denique cæteri commemorant. Qui nihil habet adferre cur prandeat, impranſus ad opus foras extruditur.

CLEMENS *Alexandrinus Stromat.* lib. 3.

Βραχμᾶναι γ' οὖν οὔτε ἔμψυχον ἐσθίουσιν, οὔτε οἶνον πίνουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὡς ἡμεῖς, τὴν τροφὴν προσίενται, ἔνιοι δ' αὐτῶν διὰ τριῶν ἡμερῶν, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς. καταφρονοῦσι δὲ θανάτου, καὶ παρ' οὐδὲν ἡγοῦνται τὸ ζῆν· πείθονται γὰρ εἶναι παλιγγενεσίαν. οἱ δὲ σέβουσιν Ἡρακλέα καὶ Πᾶνα. οἱ καλούμενοι δὲ Σεμνοὶ τῶν Ἰνδῶν γυμνοὶ διαιτῶνται τὸν πάντα βίον. οὗτοι τὴν ἀλήθειαν ἀσκοῦσι, καὶ περὶ τῶν μελλόντων προμηνύουσι, καὶ σέβουσί τινα πυραμίδα, ὑφ' ἣν ὀστέα τινὸς θεοῦ νομίζουσιν ἀποκεῖσθαι. οὔτε δὲ οἱ Γυμνοσοφισταί, οὔθ' οἱ λεγόμενοι Σεμνοὶ γυναιξὶ χρῶνται· παρὰ φύσιν γὰρ τοῦτο καὶ παράνομον δοκοῦσι· δι' ἣν αἰτίαν σφᾶς αὐτοὺς ἁγνοὺς τηροῦσι.

τηροῦσι· παρθενεύουσι δὲ καὶ αἱ Σεμναί· δοκοῦσι δὲ παρατηρεῖν τὰ οὐράνια, καὶ διὰ τῆς τούτων σημειώσεως τῶν μελλόντων προμαντεύεσθαί τινα.

BRachmanes certe neque animatum comedunt, neque vinum bibunt: ſed aliqui quidem ex iis quotidie, ſicut nos, cibum capiunt, nonnulli autem ex iis tertio quoque die, ut ait Alexander Polyhiſtor in lib. de rebus Indicis. Mortem autem contemnunt, & vivere nihili faciunt; credunt enim eſſe regenerationem: aliqui autem colunt Herculem & Panem. Qui autem ex Indis vocantur Σεμνοὶ, h. e. *boneſti* ac *venerandi*, nudi totam vitam tranſigunt. Ii veritatem exercent, & futura prædicunt, & colunt quandam pyramidem, ſub qua exiſtimant alicujus Dei oſſa repoſita. Neque vero Gymnoſophiſtæ, nec qui dicuntur Σεμνοὶ, h. e. *venerandi*, utuntur mulieribus: hoc enim præter naturam & iniquum eſſe exiſtimant: qua de cauſa ſeipſos caſtos conſervant. Virgines autem ſunt etiam mulieres quæ dicuntur Σεμναί. Videntur autem obſervare cœleſtia, & per eorum ſignificationem quædam futura prædicere.

PORPHYRIUS

ΙΝδῶν πολιτείας εἰς πολλὰ νενεμημένης, ἔστι τι γένος παρ' αὐτοῖς τὸ τῶν θεοσόφων, οὓς Γυμνοσοφιστὰς καλεῖν εἰώθασιν Ἕλληνες· τούτων δὲ δύο αἱρέσεις, ὧν τῆς μὲν Βραχμᾶνες προΐστανται, τῆς δὲ Σαμαναῖοι. ἀλλ' οἱ μὲν Βραχμᾶνες ἐκ γένους διαδέχονται, ὥσπερ ἱερατείαν, τὴν τοιαύτην θεοσοφίαν· Σαμαναῖοι δὲ λογάδες εἰσὶν κἀκ τῶν βουληθέντων θεοσοφεῖν συμπληρούμενοι. ἔχει δὲ τὰ κατ' αὐτοὺς τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς Βαρδησάνης, ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονώς, καὶ ἐντυχὼν τοῖς περὶ Δαμάδαμιν πεπεμμένοις πρὸς τὸν Καίσαρα, ἀνέγραψεν· πάντες γὰρ Βραχμᾶνες ἑνός εἰσι γένους· ἐξ ἑνὸς γὰρ πατρὸς καὶ μιᾶς μητρὸς πάντες διάγουσι. Σαμαναῖοι δὲ οὐκ εἰσὶ τοῦ γένους αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ παντὸς τοῦ τῶν Ἰνδῶν ἔθνους, ὡς ἔφαμεν, συνειλεγμένοι· οὔτε δὲ βασιλεύεται Βραχμάν, οὔτε συντελεῖ τι τοῖς ἄλλοις· τούτων δὲ οἱ φιλόσοφοι, οἱ μὲν ἐν ὄρει οἰκοῦσιν, οἱ δὲ περὶ Γάγγην ποταμόν. σιτοῦνται δὲ οἱ μὲν ὄρειοι τήν τε ὀπώραν καὶ γάλα βόειον βοτάναις παγέν, οἱ δὲ περὶ τὸν Γάγγην ἐκ τῆς ὀπώρας, ἣ πολλὴ περὶ τὸν ποταμὸν γεννᾶται. φέρει δὲ ἡ γῆ σχεδὸν καρπὸν ἀεὶ νέον, καὶ μέντοι καὶ τὴν ὄρυζαν πολλήν τε καὶ αὐτόματον, ᾧ χρῶνται ὅταν τὸ τῆς ὀπώρας ἐπιλείπῃ. τὸ δ' ἄλλου τινὸς ἅψασθαι, ἢ ὅλως θίγειν ἐμψύχου τροφῆς, ἴσον καὶ τῇ ἐσχάτῃ ἀκαθαρσίᾳ τε καὶ ἀσεβείᾳ νενόμισται. καὶ τοῦτο αὐτοῖς τὸ δόγμα. θρησκεύουσί τε τὸ θεῖον, καὶ εὐσεβοῦσι περὶ αὐτὸ καθαρεύοντες. τὸν τοίνυν χρόνον τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον εἰς ὕμνους τῶν θεῶν ἀπένειμαν καὶ εὐχάς, ἑκάστου ἰδίαν καλύβην ἔχοντος, καὶ ὡς ἐνὶ μάλιστα ἰδιάζοντος· κοινῇ γὰρ Βραχμᾶνες μένειν οὐκ ἀνέχονται· ἀλλ' ὅταν τοῦτο συμβῇ, ἀναχωρήσαντες

ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας οὐ φθέγγονται· πολλάκις δὲ νηστεύουσι. Σαμαναῖοι δέ εἰσι μὲν, ὡς ἔφαμεν, λογάδες. ὅταν δὲ μέλλει εἰς τὸ τάγμα τις ἐγγράφεσθαι ἄρχεσθαι, πρόσεισι τοῖς ἄρχουσι τῆς πόλεως, ἢ τῆς κώμης, καὶ τῶν κτημάτων ἐξίσταται, καὶ πάσης τῆς ἄλλης οὐσίας· ξυράμενος δὲ τοῦ σώματος τὰ περιττὰ λαμβάνει στολὴν, ἄπεισί τε πρὸς Σαμαναίους, οὔτε πρὸς γυναῖκα οὔτε πρὸς τέκνα, εἰ τύχοι κεκτημένος, ἐπιστροφὴν ἤ τινα λόγον ἔτι ποιούμενος, ἢ πρὸς αὐτὸν ὅλως νομίζων. καὶ τῶν μὲν τέκνων ὁ βασιλεὺς κήδεται, ὅπως ἔχωσι τὰ ἀναγκαῖα, τῆς δὲ γυναικὸς οἱ οἰκεῖοι. ὁ δὲ βίος τοῖς Σαμαναίοις ἐστὶ τοιοῦτος. Ἔξω τῆς πόλεως διατρίβουσι διημερεύοντες ἐν τοῖς περὶ τοῦ θείου λόγοις. ἔχουσι δὲ οἴκους καὶ τεμένη ὑπὸ τοῦ βασιλέως οἰκοδομηθέντα, ἐν οἷς οἰκονόμοι εἰσὶν, ἀπότακτόν τι λαμβάνοντες παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς τροφὴν τῶν συνιόντων. ἡ δὲ παρασκευὴ γίνεται ὀρύζης, καὶ ἄρτων, καὶ ὀπώρας, καὶ λαχάνων. καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸν οἶκον ὑποσημαίνοντι κώδωνι οἱ μὴ Σαμαναῖοι ἐξίασιν, οἱ δὲ προσεύχονται. εὐξαμένων δὲ πάλιν διακωδωνίζειν, καὶ οἱ ὑπηρέται ἑκάστῳ τρυβλίον δόντες (δύο γὰρ ἐκ ταυτοῦ οὐκ ἐσθίουσι) τρέφοντες αὐτοὺς τῇ ὀρύζῃ· τῷ δὲ δεομένῳ ποικιλίας προστίθεται τὸ λάχανον ἢ τῆς ὀπώρας τι. τραφέντες δὲ συντόμως ἐπὶ τὰς αὐτὰς διατριβὰς ἐξίασιν. ἀγύναιοι δέ εἰσι πάντες, καὶ ἀκτήμονες. καὶ τοσοῦτον αὐτῶν τε καὶ τῶν Βραχμάνων σέβας ἔχουσιν οἱ ἄλλοι, ὥστε καὶ τὸν βασιλέα ἀφικνεῖσθαι παρ' αὐτοὺς, καὶ ἱκετεύειν εὔξασθαί τι καὶ δεηθῆναι ὑπὲρ τῶν καταλαμβανόντων τὴν χώραν, ἢ συμβουλεῦσαι τὸ πρακτέον. αὐτοὶ δὲ οὕτως πρὸς θάνατον διάκεινται, ὡς τὸν μὲν τοῦ ζῆν χρόνον, ὥσπερ ἀναγκαίαν τινα τῇ φύσει λειτουργίαν, ἀκουσίως ὑπομένειν, σπεύδειν δὲ τὰς ψυχὰς ἀπολῦσαι τῶν σωμάτων· καὶ πολλάκις ὅταν εὖ ἔχειν σκέψωνται, μηδενὸς αὐτοῖς ἐπείγοντος κακοῦ μηδὲ ἐξελαύνοντος, ἐξίασι τοῦ βίου, προειπόντες μέντοι

λοι τοῖς ἄλλοις, καὶ ἔστιν οὐδεὶς ὁ κωλύσων· ἀλλὰ πάντες αὐτοὺς εὐ-
δαιμονίζοντες πρὸς τοὺς οἰκείους τῶν τεθνηκότων ἐπισκήπτουσί τινα.
οὕτως βεβαίαν καὶ ἀληθεστάτην αὐτοί τε καὶ οἱ πολλοὶ τὰς ψυχὰς
τὴν μετ' ἀλλήλων εἶναι δίαιταν πεπιστεύκασι. οἱ δ' ἐπειδὰν ὑπα-
κούσωσι τῶν ἐντεταλμένων αὐτοῖς, πυρὶ τὸ σῶμα παραδόντες, ὅπως
δὴ καθαρωτάτην ἀποκρίνωσι τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, ὑμνούμενοι
τελευτῶσι. ῥᾷον γὰρ ἐκείνους εἰς τὸν θάνατον οἱ φίλτατοι ἀποπέμ-
πουσιν, ἢ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἕκαστοι τοὺς πολίτας εἰς μηκίστας
ἀποδημίας. καὶ σφᾶς μὲν αὐτοὺς δακρύουσιν ἐν τῷ ζῆν διαμεί-
ναντας, ἐκείνους δὲ μακαρίζουσι τὴν ἀθάνατον λῆξιν ἀπολαμβά-
νοντας.

CUM Indorum Respublica in multas partes distributa sit, genus quoddam Sapientum apud ipsos est, quos Græci Gymnosophistas vocare consueverunt. Horum duæ factiones sunt; Brachmanum altera, altera Samanæorum. Brachmanes per generis successionem, non secus ac Sacerdotium, hujuscemodi divinam sapientiam admittunt. Samanæi selecti quidem sunt, & ex quibuslibet qui divinæ sapientiæ se tradere voluerint, constant. Eorum vita ad hunc modum est; quemadmodum Bardesanes Babylonius memoriæ prodit, qui a patrum nostrorum tempestate extitit, cum illisque Indis est versatus qui Damadimi missi ad Cæsarem fuerant. Brachmanes enim omnes unius sunt generis, ex unius patris uniusque matris origine omnes deducti. Samanæi vero non ita, sed ex omni Indorum gente, ut jam diximus, collecti. Neque igitur sub regno degunt Brachmanes, neque cum aliis munus ullum

obeunt: ſed ex ipſis ii qui Philoſophi ſunt, alii in monte, alii apud Gangem fluvium habitant. Ac montani quidem pomis & lacte bubulo herbis coagulato veſcuntur: fluviales ex pomis etiam ipſi victum comparant, quæ multa apud fluvium naſcuntur: terra enim fere ſemper recentes fructus producit: quinetiam oryzæ copiam ſponte procreat, qua, ſiquando poma defecerint, uti quoque in cibo ſolent: Aliud vero quippiam deguſtare, aut alimentum ex animatis vel omnino tangere, immunditiæ extremæ atque impietati non diſſimile apud ipſos habetur. Atque hæc quidem eorum eſt opinio. Cultum Deo religioſe ac pie exhibent: majorem enim diei ac noctis partem hymnis in Deos ac precibus dicarunt. Singuli tamen in propriis tuguriis manent, & quammaxime fieri poteſt ſoli morantur. Simul enim verſari Brachmanes, ac multum colloqui, non admodum patiuntur: ſed cum id forte contigerit, receſſione inde facta in multos dies poſtea non loquuntur: ſæpe etiam jejunant. Samanæi vero electi, ut diximus, ſunt: in quorum collegium cum quiſpiam eſt adſciſcendus, ad principes civitatis aut vici, cujuſcunque fuerit, accedit; atque ibi bonis ſuis facultatibuſque omnibus repudiatis, atque ſupervacua omni corporis parte detonſa ſtolam accipit: atque ita nulla neque uxoris neque liberorum, ſi forte adſint, ratione habita, quaſi ad ſe nihil omnino amplius pertineant, ad Samanæos recedit. Regi liberorum educandorum, cognatis uxoris cura relinquitur. Vita Samanæorum hujuſmodi eſt; Extra urbem commorantur, ac totum diem in divinis colloquiis traducunt, ubi domos & fana a Rege extructa habent: in quibus œconomi conſtituti ſunt; qui certam quandam mercedem

ad

ad convenientium alimentum a Rege accipiunt. Victus eorum ex oryza, & pane, & pomis, & oleribus apparatur. Cum ingressi in domum fuerint, ad tintinnabuli signum Samanæi preces effundunt : quod ubi fecerunt, signo iterum dato, ministri, singulis lance oblata (duo enim ex eodem vase non comedunt) oryza ipsos pascunt : si quis varietatem aliquam requirat, olus aut pomorum quippiam apponitur : quibus pasti celeriter ad eadem loca revertuntur. Omnes absque uxore & possessionibus degunt. Tanta autem & ipsi & Brachmanes in veneratione apud alios sunt, ut Rex quoque interdum ad eos accedat, rogetque ut pro statu regionis Deum precentur, aut quid agendum sit consulant. Ipsi autem ita erga mortem affecti sunt, ut vivendi tempus quasi necessarium quoddam Naturæ ministerium inviti sustineant, atque ideo animos a corporibus festinent absolvere. Ac sæpe, ubi bene se habere conspexerint, nullo malo urgente, e vita decedant, re tamen aliis prænunciata ; nullusque sit qui prohibeat, sed omnes eos beatos prædicantes suis quisque domesticis morituris mandata quædam tradant : adeo stabilem ac veram & ipsi & plerique animabus inter se post obitum vitam esse crediderunt. Illi autem ubi mandata sibi commissa perceperunt, corpore in ignem conjecto, ut purissimam a corpore animam secernant, ab omnibus celebrati mortem obeunt. Æquiori enim animo illos amici ac propinqui ad mortem dimittunt, quam alii homines suos quisque cives in admodum longinquas peregrinationes. Ac seipsos qui in vita superstites remanserint, deplorant, illos beant, quippe qui immortalem sortem jam receperint.

PHILO-

PHILOSTRATUS *Vita Apollonii*, lib. 3. capp. 4. & 5.

Ὁ Δάμις φησὶ χαμευνίᾳ μὲν αὐτοὺς [Βραχμᾶνας] χρῆσθαι, τῇ δὲ γῇ ὑποστρωννύναι πόας ἃς ἂν αὐτοὶ αἱρῶνται· καὶ μετεωροποροῦντας δὲ ἰδεῖν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς πήχεις δύο, οὐ θαυματοποιίας ἕνεκα, (τὸ γὰρ φιλότιμον τοῦτο παραιτεῖσθαι τοὺς ἄνδρας) ἀλλ᾽ ὁπόσα τῷ ἡλίῳ ξυναποβαίνοντες τῆς γῆς δρῶσιν, ὡς πρόσφορα τῷ θεῷ πράττοντες. τό τοι πῦρ, ὃ ἀπὸ τῆς ἀκτῖνος ἐπισπῶνται, καίτοι σωματοειδὲς ὄν, οὔτε ἐπὶ βωμοῦ καίειν αὐτοὺς, οὔτε ἐν ἰπνοῖς φυλάττειν· ἀλλ᾽ ὥσπερ τὰς αὐγὰς, αἳ ἐξ ἡλίου τε ἀνακλῶνται καὶ ὕδατος, οὕτω μετέωρόν τε ὁρᾶσθαι αὐτὸ καὶ σαλεῦον ἐν τῷ ἀέρι. μεθ᾽ ἡμέραν μὲν οὖν ἥλιον ὑπὲρ τῶν ὡρῶν, ἃς ἐπιτροπεύει αὐτὸς, ἵν᾽ ἐς καιρὸν τῇ γῇ ὦσι, καὶ ἡ Ἰνδικὴ εὖ πράττῃ· νύκτωρ δὲ λιπαροῦσι τὴν ἀκτῖνα, μὴ ἄχθεσθαι τῇ νυκτὶ, μένειν δὲ ὡς ὑπ᾽ αὐτῶν ἤχθη . . . . κομᾶν δὲ ἐπιτηδεύουσιν, ὥσπερ Λακεδαιμόνιοι πάλαι, καὶ Θούριοι, Ταραντῖνοί τε, καὶ Μήλιοι, καὶ ὁπόσοις τὰ Λακωνικὰ ἦν ἐν λόγῳ· μίτραν τε ἀναδοῦνται λευκὴν, καὶ γυμνὸν αὐτοῖς βάδισμα· καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐσχηματίζοντο παραπλησίως ταῖς ἐξωμίσι. ἡ δὲ ὕλη τῆς ἐσθῆτος, ἔριον αὐτοφυὲς ὃ γῆ φύει, λευκὸν μὲν ὥσπερ τῶν Παμφύλων, μαλακώτερον δὲ τίκτει ἢ ἡ πιμελὴ, οἷα ἔλαιον ἐπ᾽ αὐτοῦ λείβεσθαι. τοῦτο ἱερὰν ἐσθῆτα ποιοῦνται. καὶ εἴ τις ἕτερος παρὰ τοὺς Ἰνδοὺς τούτους ἀνασπῴη αὐτὸ, οὐ μεθίεται ἡ γῆ τοῦ ἐρίου. τὴν δὲ ἰσχὺν τοῦ δακτυλίου, καὶ τῆς ῥάβδου, ἃ φορεῖν αὐτοὺς ἄμφω, δύνασθαι μὲν πάντα, δύο δὲ ἀῤῥήτω τετιμῆσθαι, &c.

Damis

DAmis inquit Brachmanas ipsos humi dormire, herbis tantum super humum stratis, quas ipsi deligant, eosque vidisse duos ferme cubitos a terra elevatos ambulantes,non miraculi gratia (hac enim ambitione viri illi carent) sed quia quæcunque a terra sublati sacrificaverint, ipsi Soli gratiora, magisque tali Deo convenientia sese facturos arbitrantur. Ignem vero, quem a Solis radio divellunt, quanquam corporeus sit, non tamen in aris aliquid comburendo, neque laternis inclusum servant; sed tanquam radii qui a Sole in aqua refranguntur, sic ille in sublimi æthere saliens conspicitur. Ipsi igitur Solem interdiu precantur, ut anni tempestates, quas circumvolutione sua metitur, opportunas & propitias Indorum terræ mittat: vesperi autem Radium orant ne noctem moleste ferat, eodem vero modo maneat quo deductus est. . . . . . Comam autem nutriunt, sicut quondam Lacedæmonii, & Thurii, Tarentinique, & Melii, & cæteri quibus Laconica instituta placebant. Mitram quoque albam gestabant, & nudis pedibus ambulabant. Vestis autem eorum in Exomidum formam composita est: ipsius vero materia linum est, quod sponte sua in illis locis nascitur; album quidem, veluti quod in Pamphylia nascitur, mollius autem propter pinguedinem, quæ ab ipso quasi oleum stillat. Ex eo sacram vestem conficiunt: ac si quis alius Indorum ejusmodi linum extrahere conatus fuerit, terra linum non dimittit. Annulum atque baculum, quorum utrumque ipsi gestant, omnia quidem posse dicunt, duo vero arcana in pretio haberi, *&c.*

POSTELLUS

POSTELLUS *in Commentario ad Jezirab.*

SEcundo in loco fuere Abrahmanes Indi, quos doctrinæ causa invisit Pythagoras & Apollonius, descripsit Hierocles. Illi autem Abrahmani filii sunt ex Ketura, qui cum Isaaco non voluissent obtemperare, sunt ab ipso in Orientis partes destinati, ubi ad hanc usque diem sub Brachmanorum nomine servant sacræ doctrinæ præcepta, in quibus eadem præscripta habent, quæ & Moses cœlitus accepit. Idem vero fuit Abrahmanibus, Chaldæis, Druidibus, Pythagoricis, Razihinuis, atque Mosis auditoribus usitatum, ut non nisi longo silentio, probitate & vita insignes ad doctrinæ receptionem admitterent.

De PALLADIO.

BARONIUS *Annal. Eccles.* Anno 388.

HOc anno, sub Consulatu videlicet Theodosii secundo, Palladius Galata, ut ipse testatur, (Vit.SS.Pat.c.1.) Alexandriam petiit, qui tum ex iis qui eremum Ægypti peragratus vidit, tum ab aliis audivit, scripsit postea Commentarium ad Lausum Præfectum, quam ob causam eundem librum interdum *Lausiaca* appellarunt; cui & titulus ille alicubi præfixus reperitur ut *Paradisus Heraclidis* nominetur. Mansit hic

in

in eremo cum Euagrio Pontico aliquot annis (de triennio ibi confecto ipse meminit Vit.SS.Patr.c.12.) Porro Euagrii Pontici consuetudine Origenis erroribus imbutus est : de quo Hieronymus adversus Pelagianos agens hæc habet ; *Palladius, servilis nequitiæ, eandem hæresim instaurare conatus est, & novam translationis Hebraicæ mihi calumniam struere. Num & illius ingenio nobilitatique invidimus ? nunc quoque mysterium iniquitatis operatur*, &c. Ob quam etiam causam S.Epiphanius eundem in Palæstina ista docentem deplorans ait ; *Palladium vero Galatam, qui quondam nobis charus fuit, & nunc misericordia Dei indiget, cave ; quia Origenis hæresim prædicat & docet ; ne forte aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris.* Hæc & ipse scribens ad Joannem Hierosolymitanum Episcopum, cum idem Palladius jam deseruisset eremum Nitriæ, & morbi causa (ut ipse testatur Hist.Laus.c.22.) abiisset in Palæstinam ; ubi aliquandiu moratus Hæreses docebat Origenis : quem cavendum Epiphanius Joannem ejus loci Episcopum quamprimum admonuit. Cum vero Origenistarum nullum alium nominet nisi Palladium ; certe, etsi alii essent eadem labe conspersi, tamen non alium quam ipsum id muneris subiisse ut Origenis deliramenta doceret, satis apparet. Quamobrem Originistam illum, quem Sanctam Paulam tentasse Hieronymus scribit, neminem certe præter Palladium, tunc in Palæstina morantem, fuisse conspicio, de quo ista in ejusdem Paulæ Epitaphio habet (Epist.27.) *Quidam veterator callidus, atque, ut sibi videbatur, doctus & sciolus, me nesciente cœpit ei proponere quæstiones, & dicere ; Quid peccavit infans ut a dæmone corripiatur ? in qua ætate resurrecturi sumus ? si in ipsa qua morimur, ergo nu-*

 tricibus

tricibus post Resurrectionem opus erit: si in altera, nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios, &c. *Quod cum audisset & ad me retulisset, indicans hominem, mihique incubuisset necessitas nequissimæ viperæ ac mortiferæ bestiæ resistendi*, &c. *conveni hominem, & orationibus ejus quam decipere nitebatur brevi interrogatione conclusi, dicens*, &c. Refert disputationem tunc cum eo habitam, atque ad postremum addit; *Ex quo die ita cœpit Paula hominem detestari, & omnes qui ejusdem dogmatis erant, ut eos voce publica hostes Domini proclamaret.* Hæc Hieronymus. Sic igitur a S. Hieronymo confutatus Palladius, in ipsum stylum convertit, atque primum hæc de Paula adversus eundem S. Hieronymum in suo Commentario ad Lausum effutiit (cap. 29.) *Multas fœminas vidi, plurimasque tam viduas quam virgines novi, inter quas Paulam Romanam, matrem Toxotii, fœminam ad genus vitæ quod est secundum spiritum dexterrimo ingenio: cui quidem quo minus ei se daret impedimento fuit Hieronymus quidam, genere Dalmata, qui mulierem optima indole ad genus vitæ perfectum, cum in eo multos, ne dicam omnes, longissimo post se intervallo videretur posse relinquere, ipse invidia motus ad suum peculiare vivendi institutum pertraxit.* Hæc Palladius: mansisse autem ipsum in Palæstina saltem usque ad annum 392. inferius dicemus ex Epistola Epiphanii ad Joannem.

At quid postea de Palladio? Accidit quidem ut recedens e Palæstina in Bithyniam, Catholici hominis personam induerit, & inter Catholicos consuescens postea in Jo. Chrysostomi Episcopi Constantinop. se amicitiam insinuarit. Et unde hoc, inquies, de consuetudine cum Joanne accepisti? ex eo potissimum quod favit eidem Jo. Chrysostomo; cui quidem non

com-

communione Catholica tantummodo conjunctus, sed & eidem fuit tolerantia malorum propinquus : nam quæ ob ejusdem Joannis defensionem passus est, his verbis ipse declarat (eod. lib.c.22.) *De Palæstina autem ad provinciam Bithyniam veni, in qua, nescio quo modo, utrum studio hominum an voluntate Divina (hoc Deus novit) Episcopus ultra meritum meum factus sum. In quo tempestatis illius quæ sub S. Joanne commota est, interfui malis, & per decem menses in obscurissima cellula occultatus, cœpi illius Sancti dicta reminisci,* &c. Quo etiam tempore, cum vigeret vehementior in eundem Chrysostomum persecutio, ex Oriente recedens Romam se contulit ad Innocentium, a quo una cum aliis exceptus est. Et unde hæc, dices ? Testatur id ipse, cum de Piniano atque ejus conjuge Melania juniore, a quibus exceptus in urbe fuit, sermonem habens hæc ait (in Lausiac. cap.49.) *Ne nobis quidem certe, cum plures simul essemus qui Romam propter beatum Episcopum Joannem perrexeramus, exigua præstiterunt : sed dum in illis partibus degeremus, officiosissimo nos susceperunt hospitio, largissimisque sumptibus, cum inde proficisceremur, honoraverunt.* Hæc ille.

Quando autem id acciderit, expressum habes in Dialogo de rebus ejusdem S. Joannis (Extat tom.1. Jo.Chrysost.edit.Paris. col.10.) his verbis ; *Vix mensis effluxerat, cum Palladius quoque Helenopoleos (est enim Helenopolis civitas in Bithynia, de qua superius) absque literis venit, qui & ipse fugisse dicebat vesaniam Principum : expressius autem atque signantius enarravit omnia, ipsumque exemplar Edicti protulit,* &c. licet hunc de quo agimus Palladium diversum ab illo esse oporteat qui in illo Dialogo interloquitur : etenim tunc primum Romam se venisse dicit, cum sub Zosimo

f 2 Papa

Papa pro pace Ecclesiarum ea functus est legatione. Sed quid tandem? ipsum foris pro tempore mutasse personam potius quam animum impietate refertum, non leve argumentum est, quod eo libro quem post eas turbas conscriptum ab eo constat (nam in eo meminit de Melaniæ obitu qui contigit post urbis Romæ excidium) Origenistas complures laudavit, ipsumque Euagrium Origenis erroribus infamatum ad cœlum evexit.

VOSSIUS *de Historicis Græcis.*

SUB Theodosio M. floruit Palladius Galata. Vitas aliquot Sanctorum in literas retulit, quæ vulgo *Historia Lausiaça* dicitur, quia nuncupata est Lauso Præfecto. Etiam in libris quibusdam vocatur *Paradisus Heraclidis*; sed falso. Opus hoc certis diebus in Ecclesia prælegi solere ex Triodio ostendit in Glossario suo Clarissimus Jo. Meursius, qui & primus hunc Scriptorem edidit Græce; cum aliis multis tum hoc quoque nomine de Rep. Literaria præclare meritus. Fuit Palladius Rufini amicus, quemadmodum ejus laudes ostendunt: at B. Hieronymo inimiciorem fuisse, satis ex iis liquet quæ ipse Hieronymus ad Ctesiphontem refert, præfatione operis adversus Pelagianos. Cum Euagrio Pontico triennium se, & quod excurrit, in Ægypti eremo vixisse narrat ipse Historiæ suæ Lausiacæ cap. 12. Meminere Historiæ hujus a Palladio exaratæ Socrates lib. 4. histor. Eccl. cap. 18. Cassiodorus histor. Tripart. lib. 8. cap. 1. Joannes Damascenus libro De iis qui in fide dormierunt; & Nicephorus Callistus lib. 11. c. 44.

Huic

Huic Palladio etiam tribuitur a plerisque Dialogus de vita Chrysostomi, in qua colloquuntur Palladius Helenopolitanus Episcopus, & Theodorus Diaconus Ecclesiæ Romanæ. Sane Palladium Episcopum auctorem facit Photius quoque. Sed ea in hoc Dialogo legas quæ nunquam de seipso, salvo pudore, scribere potuisset Palladius. Eoque alii potius censent esse Theodori Diaconi qui cum Palladio hic loquitur. Baronius autem arbitratur esse illius Palladii qui a B.Augustini temporibus in Scotiam a Cælestino Papa missus fuit ad prædicandum Evangelium. Dialogum eum, seu Palladii, seu Theodori, e Græco vertit Ambrosius Monachus Camaldulensis. Græce autem nondum prodiit.

LABBÆUS *de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

PAlladius, natione Galata, Helenopoleos in Cappadocia primum,tum Asponitanus Episcopus,Euagrii Pontici discipulus, & Ruffini Aquileiensis Presbyteri æqualis atque amicus fuit, in Origenis ac Pelagianorum errores propensior: obiit sæculo Christi quinto post annum 410. aut etiam 418. Ejus mentio apud S.Epiphanium Epist.ad Joannem Episc.Hierosolymitanum,quæ est 60. inter Hieronymi Epistolas; eundem S.Hieronymum in Procemio libri ad Ctesiphontem adversus Pelagianos; Gelasium I. Papam,Præfatione in librum adversus Pelagianos; Socratem libro 4. Historiæ Ecclesiasticæ cap.18. Cassiodorum Historiæ Tripartitæ lib.8.cap.1. Joannem Damascenum, sive quem alium Autorem libri, De iis qui in fide dormi-


dormierunt ; Nicephorum libro 11. cap. 44. Possevinum, Vossium, &c.

Historia Lausiaca, sic appellata, quod ad Lausum virum Illustrem, & Sacro cubiculo Præpositum, eum Palladius scripserit, anno ætatis 53. Episcopatus 20. Vitæ solitariæ 33. post lustratam Eremum. Extat Græce & Latine, interprete Gentiano Herveto Aurelio edita anno 1624. curante R. P. Frontone Ducæo Soc. Jesu in Auctario Græco-Latino Bibliothecæ veterum Patrum ex editione Græca Lugduno-Batava Joannis Meursii, & MS. codice Bibliothecæ Christianissimi Regis. De aliis ejusdem libri, necnon Heraclidæ Paradisi, ac similium, Versionibus, Editionibusque consule sis doctissimas Observationes R.P. Heriberti Rosweidi Soc. Jesu Theologi ad Vitas Patrum Antverpiæ impressas annis 1615.& 1628. necnon Historiam Patrum Laurentii Barræi, & Bibliothecas veterum Patrum.

Idem *Vitam S. Joan. Chrysostomi Archiep. C.P.* fuse descripsisse creditur in Dialogo quem cum Theodoro Ecclesiæ Romanæ Diacono instituit, qui Latine dumtaxat hactenus prodiit, interprete Ambrosio Camaldulensi Monacho. Sunt tamen qui alium illius Auctorem existiment, nimirum Georgium Alexandrinum Patriarcham. Trithemius tribuit Palladio, qui a Cælestino Papa anno 430. missus in Scotiam primus Hiberniensis insulæ Apostolus prædicatione sua gentem sibi commissam ad fidem Christi convertere, vel saltem a Pelagiana Hæresi avertere non potuisset, Romam reversurus in Britanniam trajecit, ibique apud Pictos decessit 15. Decembris anni 431. ut ex ejus vitæ Auctoribus vulgo fertur, quibus tamen haud consentiunt

ſentiunt verba Proſperi cap.4. adverſus Collatorem, *Dum Romanam inſulam ſtudet ſervare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam* ; quod vix unius anni ſpatio confici poteſt. Quid vero, ſi verba Proſperi intelligi debeant de S. Patricio anno 432. ut volunt, ab eodem Cæleſtino Papa in Epiſcopum conſecrato, & in Scotiam ſive Hiberniam ac Britanniam miſſo ? Sed de his alias. Joannes quoque Balæus Palladium Scotorum Epiſcopum cum Palladiis Helenopolitano & Amaſienſi Epiſcopis confudit.

T O Y




ΤΟΥ ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ, περὶ τῶν τῆς Ἰνδίας ἐθνῶν, καὶ τῶν Βραγμάνων.



Ἡ Πολλὴ φιλοπονία σου, καὶ φιλομάθεια, καὶ φιληκοΐα, καὶ φιλοθεΐα, ἀνδρῶν ἀρίστων ἐγκαλλώπισμα, καὶ ἕτερον ἡμῖν προετρέψατο προσδιηγήσασθαι πρᾶγμα ὑπερβολῇ φιλοσοφίας γέμον. Κινούμενοι τοίνυν ἡμεῖς τῇ σῇ φιληκοΐᾳ, πρὸς τοῖς εἰρημένοις προσεξηγησόμεθά σοι καὶ τὸν τῶν Βραγμάνων βίον, ὧν μὲν ἐγὼ οὔτε τὴν πατρίδα ἱστόρησα, οὔτε τοῖς ἀνδράσι συντετύχηκα· πόῤῥω γὰρ

PALLADIUS *De gentibus Indiæ, & Bragmanibus.*



TUa indefatigabili industria, literarum amore, audiendi studio, & pietate, optimorum Virorum ornamento, impulsus, rei novæ explicationem aggredior, insigne Philosophiæ argumentũ. Quam igitur tantopere gestiebas audire, Bragmanum tibi vitam enarrabimus: quorum patriam neque hactenus vidi, neque ipsorum familiaritate usus sum:

 longe

longe enim ab Indis Sericaniſque remoti ſunt, Gangis fluvii accolæ. Ego ad primas tantum Indiæ oras paucos ante annos cum beato Moſe Adulenorum Epiſcopo penetravi: ſed immodici æſtus tædium non pertuli, vehementis adeo, ut lymphæ è fontibus velociſſime ſcaturientes, in vaſis exceptæ, confeſtim ebullirent. Quod ego cum viderim, caloris impatiens, continuo reverſus ſum. Fluvius vero Ganges iſte eſt qui nobis vocatur Phiſon, ferturque in S. Literis fluviorum quatuor Paradiſo exeuntium unus. Dicitur Alexander, Macedonum Rex, vitam eorum quodammodo enarraſſe, & fortaſſe ad eum rumor incert' permanavit: neque enim ipſe Gangen, ut arbitror, tranſivit, ſolummodo Sericanorum, qui citeriora incolunt, regionem inve&', lapideam ſtatuit columnã, cui inſcripſit, ALEXANDER

εἰσὶν ἀπῳκισμένοι καὶ τῆς Ἰνδικῆς, καὶ τῆς Σηρικῆς, τῷ Γάγγει παροικοῦντες ποταμῷ. ἐγὼ δὲ εἰς τὰ ἀκρωτήρια μόνον ἔφθασα τῆς Ἰνδικῆς πρὸ ἐτῶν ὀλίγων, μετὰ τοῦ μακαρίου Μωϋσέως, τοῦ ἐπισκόπου τῶν Ἀδουλιηνῶν· καὶ ἀγρίῳ καύματι ληφθείς, τοιούτου ὄντος, ὡς τοῦ ὕδατος ἐκ τῆς πηγῆς ἀναβλύζοντος ταχυτάτου εἰς ὑποβολήν, καὶ βληθέντος ἐν ἀγγείοις, παραχρῆμα βράσοντος· τοῦτο τοίνυν θεασάμενος, αὖθις ὑπέστρεψα, μὴ στέξας τὸν καύσωνα. Ὁ δὲ Γάγγης ἐστὶ ποταμός, ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπικαλούμενος Φεισών, ὁ ἐν ταῖς γραφαῖς κείμενος, εἷς ὢν τῶν τεσσάρων ποταμῶν τῶν λεγομένων ἐξιέναι ἐκ τοῦ παραδείσου. Διήγημα δὲ φέρεται Ἀλεξάνδρου, τοῦ τῶν Μακεδόνων βασιλέως, ἐξηγησαμένου ποσῶς τὸν βίον αὐτῶν· κἀκείνῳ δὲ τάχα ὑπῆρχεν ὡς ἐκ παρακούσματος· οὔτε γὰρ αὐτός, ὡς οἶμαι, τὸν Γάγγην ἐπεραιώθη ποταμόν, ἀλλ' ἄχρι τῆς Σηρικῆς φθάσας, ἔνθα τὸν μέταξον οἱ Σῆρες τίκτουσι, κἀκεῖ λιθίνην στήλην στήσας, ἐπέγραψεν· ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Ο. ΤΩΝ. ΜΑΚΕ-

ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΕΦΘΑΣΑ. ΜΕΧΡΙ. ΤΟΥ. ΤΟΠΟΥ. ΤΟΥΤΟΥ. Ἐγὼ δὲ πόσως τὰ περὶ τῶν Βραγμάνων δεδύνημαι μαθεῖν παρά τινος Θηβαίου Σχολαστικοῦ, ἑκουσίως μὲν τὴν ἀποδημίαν ποιησαμένου, ἀκουσίως δὲ τῇ αἰχμαλωσίᾳ περιπεσόντος. Οὗτος, ὡς ἔλεγεν, ἀφυὴς ἐγεγόνει ἐν τῇ δικανικῇ, καὶ ἀκηδείᾳ ληφθεὶς, ἐκίνησεν ὥστε τὴν τῶν Ἰνδῶν ἱστορῆσαι χώραν· καὶ διαπλεύσας μετὰ πρεσβυτέρου ταύτην, κατέλαβε πρότερον τὴν Ἀδούλην, εἶτα μετ' ἐκείνην, τὴν Αὐξούμην, ἐν ᾗ ἦν βασιλίσκος μικρὸς τῶν Ἰνδῶν ἐκεῖ καθεζόμενος. ἐκεῖ δὲ χρονίσας, καὶ πολλὴν συνήθειαν κτησάμενος, ἠθέλησε καὶ ἐπὶ τὴν Ταπροβάνην εἰσελθεῖν νῆσον, ἔνθα εἰσὶν οἱ λεγόμενοι Μακρόβιοι. ζῶσιν γὰρ εἰς τὴν νῆσον ἐκείνην καὶ ἕως ἑκατὸν πεντήκοντα ἐτῶν οἱ γέροντες, διὰ ὑπερβολὴν τῆς τῶν ἀέρων εὐκρασίας, καὶ ἀνεξερευνήτου κρίματος τοῦ θεοῦ. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ νήσῳ καὶ ὁ μέγας βασιλεὺς κατοικεῖ τῶν Ἰνδῶν, ᾧ πάντες οἱ βασιλίσκοι τῆς χώρας ἐκείνης ὑπόκεινται ὡς Σατράπαι, καθὼς

MACEDONUM REX AD HUNC USQUE LOCUM PERVENI. Sed accipite quæ à Scholaſtico quodam Thebæorum de Bragmanis ego edidici, qui eam peregrinationem ſuſceperat libens, invitus vero in captivitatem inciderat. Ille cum ad res forenſes eſſet ineptus, illaſq; negligeret, ſibi in animum induxerat Indorum regiones perluſtrare: Et cum Presbytero quodam vela faciens Adulen primum appulit, pervenitq; poſtea ad Auxumin, ubi tum temporis quidam Indorum regulus ſedem habebat. Ad tempus illic moratus, multorumq; nactus familiaritatem, in Taprobanem inſulam ſtatuit deſcendere, ubi gens eſt Macrobiorum: Namque eximia cœli temperie, & ſingulari numinis beneficio, ad ætatem centum & quinquaginta annorum ſenes durant. Sedes hæc eſt Regis Indorum maximi, cui reliqui omnes, tanquam Satrapæ, obe-

 diunt,

diunt, uti referebat Scholasticus, ab alio edoctus; neque enim ipsi licebat in insulam ingredi. Mille vero, aut eo circiter, Insulæ (nisi falsum est quod fertur) isti Insulæ circumjacent, quas Mare rubrum interfluit: ibique, in Insulis, quæ vocantur Maniolæ, Magnes lapis nascitur, ferri attractor, apud quas siqua navis ferreis armata clavis advenerit, virtute lapidis illico adducitur & in cursu sistitur. Ideoque in Taprobanem profecturi, navigiis in eum specialiter usum clavis ligneis compactis utuntur. Flumina habet ingentia quinque navibus pervia, (sic enim inde venientes ferebant.) Fructus ibi perpetuo sunt: eodemque tempore vitis & immaturas & ad vindemiam maturas uvas profert. Habet palmulas Insula, & nucem majorem Indicam, & minorem odoriferam. Vivunt incolæ

αὐτὸς ὁ Σχολαστικὸς διηγήσατο, μαθὼν καὶ αὐτὸς παρ᾽ ἑτέρου· οὐδὲ γὰρ δεδύνηται οὐδ᾽ αὐτὸς εἰς τὴν νῆσον εἰσελθεῖν· παράκειται γὰρ ταύτῃ τῇ νήσῳ (εἰ μὴ ψευδές ἐστι τὸ λεχθὲν) ὡς χίλιαι ἄλλαι νῆσοι, τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐμβαλλούσης εἰς αὐτάς. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ μαγνίτης λίθος, ὁ τὸν σίδηρον ἐπισπώμενος, ἐν ἐκείναις γίνεται ταῖς νήσοις, ταῖς λεγομέναις Μανιόλης, ἐν αἷς ἐὰν ἐπέλθῃ τις τῶν ἐνταῦθα τόπων πλοῖον σιδηροῦς ἔχον ἥλους, κατέχεται ὑπὸ τῆς τοῦ λίθου φύσεως, μὴ δυνάμενον παρελθεῖν· ἔστι δὲ ἰδικῶς τὰ διαπερῶντα πλοῖα εἰς ἐκείνην τὴν μεγάλην νῆσον ἄνευ σιδήρου ἐν πιούροις ξυλίνοις κατεσκευασμένα. ἔχει δέ, φασι, καὶ πέντε ποταμοὺς μεγίστους ἡ νῆσος αὕτη, ἐν οἷς νῆες διαπορεύονται· ὡς δὲ διηγοῦντο αὐτῷ οἱ ἐκεῖθεν, οὐδέποτε ὀπώρα λείπει ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ τῆς νήσου· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ, φησιν, οὔτε ἄμπελος ὀμφακίζει, οὔτε τρυγᾶται· ἔχει δὲ καὶ φοίνικας, καὶ τὸ κάρυον τὸ μέγιστον τὸ Ἰνδικόν, καὶ τὸ λεπτὸν τὸ ἀρωματίζον. Ζῶσι δὲ οἱ οἰκήτορες τοῦ τόπου ἐκείνου γάλακτι,

λακτι, καὶ ὀρύζῃ, καὶ ὀπώρᾳ, ἐρέας οὐ πιλουμένης παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' οὐδὲ λίνου· προβάτων δὲ δέρματα, καλῶς εἰργασμένα, περὶ τὴν ὀσφὺν περιτίθενται μόνον· ἔστι δὲ τὰ πρόβατα τετριχωμένα ἄνευ ἐρέας, γαλακτοφόρα λίαν, πλατείας ἔχοντα οὐράς. Κέχρηνται δὲ καὶ κρεωφαγίᾳ αἰγῶν, καὶ προβάτων· χοῖρος γὰρ ἀπὸ Θηβαΐδος οὐκ ἔτι εὑρίσκεται ἐν τοῖς μέρεσιν Ἰνδίας, ἢ Αἰθιοπίας, δι' ὑπερβολὴν καυμάτων· Διηγεῖτο οὖν οὗτος ὁ Σχολαστικὸς, ὅτι ἀπὸ τῆς Ἀξουμέας εὑρὼν τινας πλοιαρίους διαβαίνοντας Ἰνδοὺς ἐμπορείας χάριν, ἐπειράθη ἐνδότερον ἀπελθεῖν· καὶ φθάσας ἐγγὺς τῶν καλουμένων Θηβαίδων, τῶν τὸ πέπερι συναγόντων· (ἔθνος δέ ἐστιν ἐκεῖνο πάνυ σμικρότατον, καὶ ἀδρανέστατον, λιθίνοις σπηλαίοις ἐνοικοῦντες, οἵτινες καὶ κρημνοβατεῖν ἐπίστανται), διὰ τὴν τοῦ τόπου συστροφὴν, καὶ τὸ πέπερι οὕτως ἀπὸ τῶν θάμνων συνάγουσι· δενδρύφια γάρ εἰσι κολοβὰ, ὡς ἔλεγεν ἐκεῖνος ὁ Σχολαστικός· εἰσὶ δὲ καὶ οἱ Βισσάδες ἀνθρωπάρια κολοβὰ, μελανοκέ-

lacte, & oryza, & pomis, nec lanam habentes nec linum; Pelles solummodo ovium, scite elaboratas, lumbis circumjiciunt. Oves illis crinitæ omnes absq; lana, lac suppeditant ubertim, latis caudis conspiciendæ. Nam porci, extra Thebaidarum regionem, in partibus Indiæ & Æthiopiæ, ob eximium calorem, omnino incogniti sunt. Ulterius referebat Scholasticus, quod nautas quosdam ad Indos mercatum proficiscentes offendens, interius statuit penetrare: & prope Thebaidarum, qui piper colligunt, regionem delatus est. Minuta gens & imbellis, antrisque è saxo excavatis habitat, ob asperam loci naturam in præruptis rupibus incedere discunt, ibique ab arbustis piper colligunt. Arbuscula enim sunt humilia, ut referebat Scholasticus; ipsique Thebaidæ exiguum genus hominum, capite nigro,

nigro, intonſum, capillo non torto. Cæteri omnes Indi & Æthiopes nigri ſunt, robuſti, & capite criſpo. Ibi, inquit, ab eo qui ſummam obtinebat poteſtatem comprehenſus, de meis rebus interrogabar; qua fiducia fines eorum intraſſem? Neque illi defenſionem meam accipiebant, noſtri idiomatis ignari: neque aſſequi poteram quæ mihi ſignificare vellent eorum linguæ expers. Signa ſolummodo variantibus vultuum notis cognoſcenda intercedebant. Ego illorum voces immites ex ſanguinolento oculorum colore, & horrido dentium ſtridore; è quibus motibus minatoria dicta colligebam; illique me è contra ex moribus meis, trepidatione & vultus pallore, afflictique animi ſtatum ex corporis horrore cognoſcebant; Ibi ſex, inquit, annos in ſervitutem datus artoptæ ſubſamulatus ſum; quo temporis ſpa-

φαλα, ἄκαρα, καὶ ἁπλότριχα· οἱ δὲ λοιποί, οἵ τε Αἰθίοπες, καὶ Ἰνδοί, μελανοί εἰσι, καὶ νεανικοί, καὶ φριξότριχες.) ἐκεῖθέν τε, φησί, κατασχεθεὶς ὑπὸ τοῦ δυναστεύοντος τῶν πραγμάτων ἐπηρωτώμην, ὡς τολμήσας εἰσελθεῖν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν· καὶ οὔτε ἐκεῖνοι τὴν ἀπολογίαν ἐδέχοντο τὴν ἐμήν, μὴ ἐπιστάμενοι τὴν διάλεκτον τῆς ἡμετέρας χώρας, οὔτε δὲ ἐγὼ τὰς παρ᾽ ἐκείνων εὐθύνας εἰς ἐμὲ γινομένας ἐγνώριζον· οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τὴν ἐκείνων ἠπιστάμην γλῶσσαν· μόναις δὲ ταῖς διαστροφαῖς τῶν ὄψεων ἀλλήλοις ἐστοιχοῦμεν γνώριμα σημεῖα· ἐγὼ μὲν τὰς ἐκείνων ἐγκληματώδεις φωνὰς ἐκ τοῦ ὑφαίμου τῆς χροᾶς τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τοῦ ἀγρίου τρισμοῦ τῶν ὀδόντων· δι᾽ ὧν κινήσεων τῶν λεγομένων παρ᾽ αὐτῶν ἐστοχαζόμην τὴν δύναμιν· ἐκεῖνοι δ᾽ αὖ πάλιν ἐκ τοῦ τρόπου τοῦ ἐμοῦ, καὶ τῆς ἀγωνίας, καὶ τῆς ὠχρότητος τοῦ προσώπου, τό, τε τῆς ψυχῆς ἐλεεινόν, διά τε τοῦ σώματος δειλίας κατεμάνθανον. Κατασχεθεὶς οὖν παρ᾽ αὐτοῖς, ἑξαετίαν ὑπηρέτησα, τῷ

ἀρτοκο-

ἀρτοκοπείῳ παραδοθεὶς εἰς ἐργασίαν· ἦν γὰρ τὸ ἀνάλωμα τοῦ βασιλέως αὐτῶν, φησι, μέδιμνος εἷς σίτου εἰς ὅλον αὐτοῦ τὸ παλάτιον, κἀκεῖνος οὐκ οἶδα πόθεν φερόμενος. Οὕτως δέ, φησιν, ἐν τῇ ἑξαετίᾳ ἠδυνήθην πλεῖστα ἐκ τῆς γλώσσας αὐτῶν σημειώσασθαι, δι' ὧν καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη μεμάθηκα. Ἀπελύθην δέ, φησιν, ἐκεῖθεν τῷ τρόπῳ τούτῳ. Ἕτερος βασιλεὺς, ποιήσας μάχην μετὰ τοῦ κατέχοντός με, διέβαλεν αὐτὸν πρὸς τὸν μέγαν βασιλέα, τὸν ἐν τῇ Ταβρόνῃ νήσῳ καθεζόμενον, ὡς ἄνδρα ἀξιόλογον Ῥωμαῖον αἰχμάλωτον λαβὼν, τοῦτον ἔχει εἰς ὑπηρεσίαν ἀγεννεστάτην. Ὅστις πέμψας κριτὴν ἕνα, καὶ μαθὼν τὸ ἀκριβὲς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποδερηθῆναι, ὡς ὑβρίσαντα Ῥωμαῖον· πάνυ γὰρ τιμῶσί τε, καὶ φοβοῦνται τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ὡς δυναμένην καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπιβῆναι, δι' ὑπερβολὴν ἀνδρείας τε, καὶ εὐμηχανίας. Ἔλεγεν οὖν οὗτος, ὅτι οἱ Βραγμᾶνες ἔθνος ἐστὶν οὐκ ἀποταξάμενον ἀπὸ προ-

cio linguam eorum magna ex parte edidici, unde reliquarum quoque gentium notitiam acquisivi. Distribuebat in dies singulos toti palatio rex unicum tritici modium; quod unde advectum esset nesciebam. Illinc hoc, inquit, pacto liberatus sum. Rex alter cum eo, qui me detinuerat, bellum gerens, apud Regem summum, (qui in Taprobana sedem habebat) eum reum fecit; merito, inquit, condemnandum, qui nobilem Romanum captivum habens, in turpissimam compegit servitutem. Rex continuo, exploratore misso rei gestæ, certior factus, excoriari eum jussit, quod Romano nomini fecisset injuriam. Inter omnes enim maxime Romanos honorant & reverentur, in quorum potestate arbitrantur situm, ob eximiam fortitudinem, & bellandi scientiam, ea regna invadere. Narrabat insuper Bragmanum genus non ex propria

propria voluntate ſocietati civili renunciare monachorum more: ſed hanc deſuper ſortem divinitus accepiſſe. Flumina propter, nudique & naturam ſequentes, vitam agunt. Apud quos neque quadrupes ullum, neque ruſtici operis inſtrumentum, ferrumve, aut ædificium eſt: non ignis, paniſve, aut vinum: neq; quidquam ad opus neceſſarium, aut ad voluptatem conducens. Cœlum habent jucundum, ſalubre, & mire ſerenum. Deum colunt; & rerum quandam habent notitiam; non eam tamen adeo ſubtilem ut de providentiæ ratione queant judicium ferre: precanturq; indeſinenter omnes. Orantes lumina verſus cœlum loco orientis convertunt, orientem vero nihil penſi habent. Fortuitis veſcuntur glandibus, & oleribus ſilveſtribus, & quæcunq; terra ſponte parit. Aquamq; bibunt nomadum more in ſylvis degentes,

αἱρέσεως, ὡς οἱ μοναχοί, ἀλλὰ λαχόντα τὸν κλῆρον τοῦτον ἄνωθεν, καὶ ἐκ θεοῦ κριμάτων, τὴν τοῦ ποταμοῦ παροικίαν, φυσικῶς ἐν γυμνότητι διαζῶντες· παρ' οἷς οὐδὲν τετράποδον ὑπάρχει, οὐ γεώργιον, οὐ σίδηρος, οὐκ οἰκοδομὴ, οὐ πῦρ, οὐκ ἄρτος, οὐκ οἶνος, οὐχ ἱμάτιον, οὐκ ἄλλο τι τῶν εἰς ἐργασίαν συντελούντων, ἢ ἀπόλαυσιν συντεινόντων. Ἔχουσι δὲ ἀέρα λιγυρόν τε, καὶ εὔκρατον, καὶ πάνυ κάλλιστον, σεβόμενοι τὸν θεὸν, καὶ γνῶσιν μὲν ἔχοντες, οὐχ οὕτως δὲ λεπτὴν, μήτε δὲ διευκρινεῖν οὕτω τοὺς τῆς προνοίας λόγους δυνάμενοι, ὅμως εὔχονται ἀδιαλείπτως· εὐχόμενοι δὲ, ἀντὶ τῆς ἀνατολῆς, τῷ οὐρανῷ ἀτενίζουσι, τῇ τροπῇ τῆς ἀνατολῆς οὐ προσέχοντες. Ἐσθίουσι δὲ τὰ παρατυγχάνοντα ἀκρόδρυα, καὶ λαχάνων τὰ ἄγρια, ὅσα ἡ γῆ ἐκφύει αὐτομάτως· καὶ ὕδωρ πίνουσι, νομάδες ὄντες ἐν ὕλαις, ἐπὶ φύλλοις ἀναπαυόμενοι· παρ' αὐτοῖς γὰρ πολὺ

τὸ Περσεῖνον ξύλον, καὶ τὸ λεγόμενον ἀκανθαϊνὸν, καὶ τινα ἕτερα καρποφόρα, ἀφ' ὧν ἀποζῶσι. Καὶ οἱ μὲν ἄνδρες εἰς τὸ μέρος τοῦ ὠκεανοῦ ἐκεῖθεν τοῦ ποταμοῦ τοῦ Γάγγου παροικοῦσιν· ἐκεῖσε γὰρ ὁ ποταμὸς εἰς τὸν ὠκεανὸν εἰσβάλλει· αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν εἰσὶν τοῦ Γάγγου, ἐπὶ τὸ μέρος τὸ τῆς Ἰνδίας· περαιοῦνται δὲ οἱ ἄνδρες πρὸς τὰς γυναῖκας Ἰουλίῳ καὶ Αὐγούστῳ μηνί· αὐτοὶ γάρ εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ μῆνες ψυχρότεροι, τοῦ ἡλίου πρὸς ἡμᾶς ὑπὲρ βορρᾶν ὑψωθέντος· οἱ καὶ εὐκρατότεροι λέγονται εἶναι οἱ μῆνες ἐκεῖνοι, καὶ οἶστρον κινεῖν. Καὶ ποιήσαντες μετὰ τῶν γυναικῶν τεσσαράκοντα ἡμέρας, αὖθις ἀντιπερῶσι· γεννησάσης μέντοι τῆς γυναικὸς δύο παιδία, οὐκ ἔτι ὁ ἀνὴρ περᾷ πρὸς τὴν ἑαυτὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, κοινωνίας χάριν. ἀντιστήσαντες οὖν ὑπὲρ αὐτῶν τὰ ἀντίσωμα, τὸν ἐπίλοιπον ἐγκρατεύονται χρόνον. Ἐὰν δὲ συμβῇ στεῖραν ἐν αὐταῖς εὑρεθῆναι γυναῖκα, μέχρι πενταετείας περᾷ πρὸς αὐτὴν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς,

ſuper herba viridi requieſcunt ; Ligni Perſeæ, & illius quod Spineum vocant, magna eſt copia , aliaque ſunt fructifera unde victum quærunt. Ad Gangen ſita eſt hæc gens , qua ad Oceanum extenditur ; nam in Oceanum iſte fluvius exit. Uxores ſunt ex altera parte Gangis verſus Indiam : ad uxores mariti Julio & Auguſto menſe tranſeunt ; illis enim hi menſes frigidiores, ſole verſus partes boreales elato, qui & ſalubriores habentur, magiſq; extimulantes. Cum uxoribus quadraginta dies morati revertuntur. Poſtquam vero duos ex uxore vir genuerit, conſortio ejus non ulterius utitur ; ſed æqualem ſemetipſis numerum ſubſtituentes , in poſterum abſtinent. Si vero contigerit mulierem ex iſtis aliquam ſterilem evadere, ad ipſam quinque continuos annos vir tranſit, cum

ea rem habens; si vero non pepererit, ad eam commeare desinit. Quocirca neque numerosa eorum gens est, propter durum loci vivendi morem, insitamq; continentiam. Atque hæc Bragmanum respublica est. Fluvium vero impervium dicunt, propter immanem Odontis dicti tyrannidem. Animal est oppido maximum, in fluvio degens, elephantem integrum absorbere valens: transeuntibus vero Bragmanis ad suas uxores, in istis locis non conspicitur. Sunt etiam in istis fluminibus dracones maximi septuaginta cubitorum, quorum pellem unam mihi contigit binos pedes latam videre: Formicæ illic palmares, scorpii cubitales; quapropter ea loca transitu difficillima sunt. Neque tamen omnia loca hæc animalia habent, aut feras venenatas, sed solummodo deserta; multi sunt elephan-

συγγινόμενος αὐτῇ· καὶ ἐὰν μὴ γεννήσῃ, οὐκέτι αὐτῇ προσεγγίζει· διὸ οὐδὲ εἰς πλῆθος πολυάνθρωπον ἐκτέταται αὐτῶν τὸ ἔθνος, διά τε τὴν δυσζωΐαν τοῦ τόπου, καὶ διὰ τὴν φυσικὴν ἐγκράτειαν τῆς γενέσεως. Αὕτη τῶν Βραγμάνων ἐστὶν ἡ πολιτεία. Τὸν δὲ ποταμὸν λέγουσιν δυσπέρατον εἶναι διὰ τὸν λεγόμενον Ὀδοντο τύραννον· ζῶον γάρ ἐστι μέγιστον εἰς ὑπερβολὴν, ἐνυπάρχον τῷ ποταμῷ, ἀναφίβιον, ἐλέφαντα ὁλόκληρον καὶ ἀκέραιον καταπιεῖν δυνάμενον. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ περάματος τῶν Βραγμάνων πρὸς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, οὐχ ὀπτάνεται ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις. Εἰσὶ δὲ καὶ δράκοντες μέγιστοι ἐν τοῖς ποταμοῖς ἐκείνοις, ἕως πηχῶν ἑβδομήκοντα, ὡς καὶ δορὰν που μίαν ἐθεασάμην ἐγὼ δύο ποδῶν πλάτος ἔχουσαν. οἱ δὲ μύρμηκές εἰσι τῶν ἐκεῖ παλαιστιαῖοι, οἱ δὲ σκορπίοι πηχυαῖοι· διὸ καὶ δυσδιόδευτοί εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ τόποι. Οὐ πᾶς δὲ τόπος τῶν ἐκεῖ ἔχει τοιαῦτα ζῶα, ἢ ἰοβόλα θηρία, ἀλλ' ἡ ἀοίκητος μόνη· ἀγέλη δὲ ἐλεφάν-

των

των πολλή. Ἀῤῥιανοῦ μέντοι τοῦ μαθητοῦ φιλοσόφου, καὶ δούλου γεγενημένου, δι' εὐφυΐαν δὲ φύσεως εἰς φιλοσοφίαν ἐλάσαντος, ἐν τοῖς καιροῖς Νέρωνος τοῦ βασιλέως, τοῦ κολάσαντος τοὺς ἀοιδίμους ἀποστόλους, Πέτρον, καὶ Παῦλον, τούτου τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἱστορήσαντος, ὃ ἐκεκτήμην πονημάτιον ἀπέστειλα τῇ ἀνδρείᾳ τῆς σῆς καλοκἀγαθίας, ὑποτάξας μετὰ τῷ ὑπομνηματικῷ· ὅπερ ἀναγινώσκων νουνεχῶς, καὶ φροντίσας ἐμμελῶς, βιώσῃς ἀσφαλῶς.

torum greges. Arriani vero (qui diſcipulus fuit Philoſophi, natu quidem ſervi, ſed qui ob ingenium inſigne ad philoſophiam adſpiravit, vixitque temporibus Neronis Imperatoris, qui Beatos Petrum & Paulum occidit) opuſculum res geſtas Alexandri continens, quod apud me habebam, ad te miſi; huic meo commentariolo ſubjungens: quem cum cura legens, & diligenter conſiderans, tuto vitam agas.

DANDAMIS,

Bragmanum Magiſter, pulchre differens contra Macedonas.

REx Alexander, non ſatis habens unius Macedoniæ Rex eſſe, neq; Philippo patre naſci, ſe Ammonis filiũ prædicabat: quem cum origo ſua argueret, falſa naturæ ſuæ argumenta præ ſe ferebat, invicta ſcilicet ipſius facinora. Ut Sol enim è Macedonia exort', multumque orbis perluſtrans, priuſquam ad Babylonem occidit, Europamque, Aſiamque, ut parvas regiones ſubjugans, in noſtram etiam regionem pervenit, ſpeculator, & indagator. Hæc vero ſecum dicebat Alexander. Sapientia providentiæ genitrix, & Juſtitiam (quæ omnium virtutum mater eſt) impertiens, ſola ſuperne in

ΔΑΝΔΑΜΙΟΣ,

ὁ τῶν Βραγμάνων διδάσκαλος, καλῶς διηγούμενος τὸ κατὰ τοὺς Μακεδόνας.

ΒΑσιλεὺς Ἀλέξανδρος, οὐκ ἀνεχόμενος μόνης εἶναι βασιλεὺς τῆς Μακεδονίας, οὐδ' ἀρκούμενος πατρὶ Φιλίππῳ, καὶ Ἄμμωνος υἱὸν ἑαυτὸν ἔλεγεν εἶναι, καὶ γενέσεως ἐλεγχούσης, ψευδεῖς ἔφερε τῆς φύσεως ἀποδείξεις, ἀνικήτους δὲ ἀγῶνας προέφερεν. ἀνέτειλε γὰρ ὡς ὁ ἥλιος ἀπὸ Μακεδονίας καταστεύσας πολὺν κόσμον, πρὶν ἔδυνε κατὰ Βαβυλῶνα, τήν τε Εὐρώπην, καὶ τὴν Ἀσίαν, ὡς μικρὰ χρησάμενος χωρία, ἦλθε καὶ τὸν ἡμέτερον κόσμον κατοπτεύων καὶ ἐρευνῶν. Ἔλεγε δὲ ταῦτα ἐν ἑαυτῷ ὁ Ἀλέξανδρος. Σοφία, μήτηρ προνοίας, κοινωνὲ δὲ τῆς πασῶν δυνάμεως, ἀνωτέρω ἐν ἀληθείᾳ

ἀληθείᾳ μόνη κειμένη, τροφὲ δὲ, καὶ δημιουργὲ φύσεως, λόγων δοτὴρ γνώσεως κοινῆς, ἀδίκων μὲν ἐπιμιγνὺς, δικαίων δὲ φειδομένη, δὸς εὐμενῶς ἤδη μοι τῶν αἰτημάτων τυχεῖν. Βραγμάνας δὲ παρόντας ἐνθάδε σοφούς τε, καὶ ἀγαθοὺς ἰδεῖν ἥκω, μαθὼν παρὰ Καλάνου τινὸς τῶν ἐνθάδε ἀποδύσαντος πρός με, πεισθεὶς γὰρ ἦλθον, ποθῶ γὰρ ὅπως ἴδω, καὶ μάθω σαφῶς.

veritate ſita, nutrix & opifex naturæ, quæ ſermones largiris, communes ſcientias ſcrutaris, & intelligis, injuſtos vero punis, juſtisque parcis: propitia mihi concede ut votorũ compos fiam. Bragmanas, qui hic locorum ſunt, viſurus venio; à Calano quodam ex iis qui hanc terram incolunt certior factus, qui ad me venit, veni vero, illi obediens: & cupio quam maniſeſte videre, & diſcere.

ΒΡΑΓΜΑ-

BRAGMANES, *& ipsi Indi, Alexandro Regi hæc dicunt.*

CUpidus prudentiæ ad nos venisti Alexander: eo promptius Bragmanes recipimus, quod istud quod maxime regium est in nostra vita voluisti ediscere, Rex Alexander. Philosophus enim sub dominio non est, sed dominatur: homo enim ipsi non imperat. Sed quoniam huc usque calumniis lacerati, apud te fidem non habuimus: demum, veros degustaturus sermones ad nos venisti. Calanus enim vir malus nobis fuit: & per Calanum vos Græci Bragmanas cognoscitis. Ille enim noster non erat, a virtute ad divitias deficiens. Non satis illi erat ex fluvio Tiberoboam bibere

ΒΡΑΓΜΑΝΕΣ, καὶ αὐτοὶ Ἰνδοὶ, Ἀλεξάνδρῳ τῷ Βασιλεῖ ταῦτα λέγουσιν.

ΟΡεγόμενος σοφίας ἦλθες πρὸς ἡμᾶς Ἀλέξανδρε, προθυμότερον ἀποδεχόμεθα Βραγμάνες, ὅτι τὸ βασιλικώτερον ἐν τῷ βίῳ ἡμῶν· τοῦτο γὰρ ἠθέλησας μαθεῖν, βασιλεῦ Ἀλέξανδρε· ὁ φιλόσοφος γὰρ οὐ δεσπόζεται, ἀλλὰ δεσπόζει, ἄνθρωπος γὰρ αὐτοῦ οὐ κρατεῖ. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ μέχρι νῦν διαβεβλημένοι ἠπιστούμεθα ὑπό σου, γευσάμενος νῦν ἀληθινῶν λόγων ἦλθες. Κάλανος γὰρ κακὸς ἀνὴρ ἡμῖν γεγένηται, καὶ διὰ Καλάνου ἄνδρες Ἕλληνες Βραγμάνας ἔγνωτε· ἐκεῖνος γὰρ οὐκ ἦν ἡμέτερος, ἀπ᾽ ἀρετῆς δραπετεύσας εἰς πλοῦτον· Οὐκ ἤρκησεν αὐτῷ Τιβεροβοὰμ ποταμοῦ πίνειν ὕδωρ

ὕδωρ σωφροσύνης, καὶ ἀμύγδαλας ἐσθίειν, ἐν οἷς αὔξάνεται νοῦς θεοπρεπής· πλοῦτον ἔχειν, ἐχθρὸν ψυχῆς, καὶ οὕτως ἐν αὐτῷ δεινὸν ἀνέφλεξε πῦρ, καὶ εἰς ἡδονὴν αὐτὸν ἀπέστρεψεν ἀπὸ σοφίας· ἡμῶν δὲ οὐδεὶς ἐπ' ἀνθράκων κυλίεται, οὐδὲ ἀλγηδὼν ἡμῶν δαπανεῖ τὸ σῶμα, ἀλλ' ἔστιν ἡμῶν ἡ τροφὴ, ζωὴ, ὑγίας φάρμακον· ἄπλουτοι δ' ἐσμὲν κατὰ τὴν φύσιν, καὶ ὁμοίως πᾶσι τῷ βίῳ ἡμῶν ἐπακολουθεῖ θάνατος· εἰ δὲ τῶν θνητῶν τινες ἀνδρῶν, ψευδεῖς μαθόντες λόγους, κενοῖς ἡμᾶς ἀποτοξεύουσι βέλεσιν, ἀλλὰ τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν οὐ βλάψουσιν· ἴσον δ' ἐστὶ, τὸ ψεύδεσθαι, καὶ τὸ ταχέως πείθεσθαι· ἀδικεῖ γὰρ ὁ ψευδόμενος ὃν πείθει, ἀδικεῖ δὲ καὶ ὁ πειθόμενος, ψευδομένῳ προσέχων πρὶν ἢ τ' ἀληθὲς μάθῃ· διαβολὴ γὰρ μήτηρ ἐστὶ πολέμου, καὶ τίκτει ὀργὴν, ἀφ' ἧς μάχονται, καὶ πολεμοῦσι· πλὴν οὐκ ἔστιν ἀνδρεία, τὸ φονεύειν ἄνδρας, λῃστοῦ γὰρ ἔργον ἐστίν· ἀνδρεία

undam prudentiæ, & mulſum edere,quibus augetur mens divina : ſed divitias poſſidet, animæ inimicas, adeoque in ipſo gravis ignis accenſus eſt , cum ad voluptatem à ſapientia convertens.Noſtrum nemo ad carbones volutatur , neque nobis frigus corpus conſumit : ſed victus nobis vita eſt , ſanitatis medicamentum.Divitiarum vero expertes ſumus natura;& pariter omnibus in vita noſtra advenit mors.At ſi quidam mortalium,falſos edocti ſermones, vanis nos inſequuntur jaculis, libertati tamen noſtræ non nocebunt.Idē vero eſt mentiri,& cito fidem adhibere. Mentiens enim,illum cui perſuadet injuria afficit : injuriam etiam facit qui credidit mentienti,fidem adhibens, priuſquam vera edidicerit. Calumnia enim mater eſt belli,& parit iram, per quā bellantur, & pugnant. Inſuper fortitudo non eſt viros occidere ; latronis enim op⁹ eſt.Fortitudo

tudo vero est contra omne aeris temperamentum dimicare nudo corpore; & ventris cupiditates tollere: & bellorum, quæ in ipso sunt, potius victorem evadere: & à cupiditatibus non superari: ut desideres gloriam, divitias, aut voluptatem. Has primum vince, Alexander, has occide. Has enim si viceris, non opus habueris contra ea quæ extra sunt pugnare: contra eos enim qui extra sunt pugnas, ut his adminicula feras. Nonne vides quod hos qui extra sunt vincens, ab iis qui intra sunt vinceris? Quot tibi videntur reges insipientiæ in amentibus dominari? Lingua, auditus, olfactus, visus, tactus, venter, pudenda, corpus integrum: multæ etiam intra crudeles dominæ, reginæ insatiabiles, infinita imperantes: cupiditates, avaritia, luxuria, parsimonia, dissensiones; quibus omnibus, & pluribus aliis, mortales inserviunt; propter quæ occi-

δὲ ἐστι, πρὸς τὸ πάσῃ ἀέρων κράσει μάχεσθαι γυμνῷ τῷ σώματι, καὶ γαστρὸς ἐπιθυμίας ἀναιρεῖν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ πολέμους μᾶλλον νικῆσαι· καὶ ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας μὴ καταγωνίζεσθαι, πρὸς τὸ ὀρέγεσθαι δόξης, καὶ πλούτου, καὶ ἡδονῆς· τούτους νίκησον πρῶτον, Ἀλέξανδρε, τούτους ἀπόκτεινον. τούτους γὰρ ἐὰν νικήσῃς, οὐκ ἔστι σοὶ χρεία πρὸς τοὺς ἔξω μάχεσθαι· τοῖς γὰρ ἔξω μάχῃ, ἵνα τούτοις ἐνέγκῃς φόρους· οὐ βλέπεις ὅτι τοὺς ἔξω νικᾷς, καὶ ὑπὸ τῶν ἔνδον νενίκησαι· Πόσοι σου δοκοῦσι βασιλεῖς ἀνοίας ἐν τοῖς ἄφροσι τυραννεῖν; γλῶσσα, ἀκοὴ, ὄσφρησις, ὅρασις, ἁφὴ, γαστὴρ, αἰδοῖα, ὅλος ὁ χρώς. πολλαὶ δὲ καὶ ἔσωθεν ὥσπερ ἀμείλικτοι δέσποιναι, καὶ τυραννίδες ἀκόρεστοι, ἀπέραντα ἐπιτάττουσαι, ἐπιθυμίαι, φιλοχρηματίαι, φιληδονίαι, φειδωλίαι, διχοστασίαι· αἷς πάσαις ταύταις, καὶ ἄλλαις πλείοσι, βροτοὶ δουλεύουσι· δι' ἅπερ φονεύουσι,

καὶ

καὶ φονεύονται· Βραγμᾶνες δὲ νικήσαντες τοὺς ἔνδον πολέμους, λοιπὸν ἀνεῤῥώθημεν, καὶ ἀναπαυόμεθα βλέποντες ὕλας, καὶ οὐρανὸν, καὶ ἀκούομεν ὀρνέων ἦχον εὐμελῆ, καὶ ἀετῶν κλαγγὴν, φύλλα τε περιβεβλήμεθα, καὶ ἀέρι ἐνδιαιτώμεθα, καρποὺς ἐσθίομεν, καὶ ὕδωρ πίνομεν, θεῷ ὕμνους ᾄδομεν, καὶ τὰ μέλλοντα ἐπιθυμοῦμεν, οὐδενὸς μὴ ὠφελοῦντος ἀκούομεν· τοιαῦτα Βραγμᾶνες ζῶμεν, οὐ πολλοὺς λόγους λέγοντες, καὶ σιωπῶντες. Ὑμεῖς δὲ λέγετε ἃ δεῖ ποιεῖν, καὶ ποιεῖτε ἃ μὴ δεῖ λέγειν· παρ' ὑμῖν δὲ οὐδεὶς φιλοσοφεῖ οὐδὲν, ἐὰν μὴ λαλήσωσιν· ὑμῶν γὰρ ὁ νοῦς ἐστιν ἡ γλῶσσα, καὶ ἐπὶ τοῖς χείλεσιν αἱ φρένες· χρυσὸν καὶ ἄργυρον συνάγετε, δούλων χρείαν ἔχετε, καὶ μεγάλων οἴκων, ἀρχὰς διώκετε, ἐσθίετε καὶ πίνετε ὅσα καὶ τὰ κτήνη, οὐκ αἰσθάνεσθε, ὡς ἰδιῶται, περιβάλλεσθε μαλακὰ, ἐξομοιούμενοι τοῖς σκώληξι τοῖς σηρικοδιασταῖς· ἀδεῶς πάν-

dunt, & occiduntur. Bragmanes vero bellorum intus victores, in posterum obfirmamur, & requiescimus; aspicientes sylvas, & cœlum, & audimus avium dulcem sonum, & aquilarum clangorem, foliis cingimur, & in aere versamur, fructus edimus, aquam bibimus, Deo hymnos canimus, futura appetimus, nihil quod non proficiat audimus. Tales vivimus Bragmanes: pauca locuti tacemus. Vos vero loquimini quæ fecisse oportuit, & facitis quæ loqui fas non est. Apud vos enim nemo philosophatur nisi qui linguæ promptus. Vestra enim mens lingua est, & in labris prudentia. Aurum & argentum cogitis, servis opus habetis, & magnis ædibus. Imperia persequimini: editis, & bibitis quantum jumenta: sensum habetis tanquam idiotæ, mollibus vestimini bombycum in morem. Suaviter omnia

facitis, & eorum quæ facitis vos pœnitet; contra vosmetipsos veluti contra hostes loquimini; linguæ potestatem habentes, ab ea debellamini: meliores vobis sunt taciti, qui seipsos non accusent; ab ovibus, tanquam in bello captis, lanam exigitis; annulos tanquam gloriam digitis vestris imponitis; aurum ut mulieres gestatis, & super istis elati estis; ad similitudinem creatoris facti, immitium ferarum animum paritis; multis possessionibus circumdati, super istis gloriamini, hoc respicientes, quod revera vobis prodesse non potest: aurum enim neq; animam erigit, neq; corpus nutrit; sed contra potius, animam obscurat, & corpus marcidum reddit. Nos vero ad veram naturam proxime accedentes, & hæc quæ ad eam sustentandam destinantur istis neglectis comparamus; fame superveniente, glandibus & oleribus, quæ nobis providentia

τὰ πράττετε, καὶ ἐφ' οἷς πράττετε, μετανοεῖτε, καθ' ἑαυτῶν λαλεῖτε ὡς κατ' ἐχθρῶν, τῆς γλώττης ἐξουσίαν ἔχοντες, ὑπὸ ταύτης πολεμεῖσθε· κρείττονες ὑμῶν εἰσιν οἱ σιγῶντες, κἂν ἑαυτοὺς οὐκ ἐλέγχωσι· παρὰ προβάτων, ὥσπερ αἰχμάλωτοι, ἔρια δανείζεσθε· δόξαν τοῖς δακτύλοις ὑμῶν, ὡς ξόανα, περιτίθεσθε· χρυσόν, ὡς αἱ θήλειαι, φορεῖτε, καὶ ἐπὶ τούτοις μεγαλύνεσθε· καθ' ὁμοίωσιν τοῦ κτίσαντος δημιουργηθέντες ἀνημέρων θηρίων θυμὸν τίκτετε· ὅταν πολλὰς κτήσεις περιβάλλησθε, ἐπὶ τούτοις μεγαλύνεσθε, καὶ τοῦτο βλέποντες, ὅτι πρὸς ἀλήθειαν οὐδὲν ὑμᾶς δύναται ὠφελεῖν· χρυσὸς γὰρ ψυχὴν οὐκ ἀνίστησιν, οὔτε σῶμα παχύνει, ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον καὶ ψυχὴν σκοτοῖ, καὶ σῶμα ἐκτήκει. Ἡμεῖς δὲ πρὸς ἀλήθειαν τὴν φύσιν ἐπείγοντες, τὰ ταύτῃ ἀποκληρωθέντα ἐκείνων καὶ προνοοῦμεν· πείνης παραγινομένης, ἀκροδρύοις, καὶ λαχάνοις, τοῖς ἐκ τῆς προνοίας ἡμῖν χορηγουμένοις,

γενομένοις, ἰώμεθα ταύτην· καὶ δίψης περιγενομένης, ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐρχόμενοι, χρυσὸν πατοῦντες, ὕδωρ πίνομεν, καὶ ταύτην θεραπεύομεν· χρυσὸς δὲ οὐ παύει δίψαν, οὐδὲ λιμὸν παραμυθεῖται, οὐ τραῦμα θεραπεύει, οὐ νόσον ἰᾶται, οὐκ ἀπληστείαν ἐμπίπλησιν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ προσεξεγείρει ταύτην τὴν ξένην τῆς φύσεως ἐπιθυμίαν· καὶ διψῶν μὲν ἄνθρωπος ἐπιθυμεῖ πιεῖν, καὶ λαβὼν ὕδωρ πέπαυται τῆς δίψης· καὶ ὁ πεινῶν φυσικῶς ἐπιζητεῖ τροφὴν, καὶ φαγὼν κορέννυται, καὶ τῆς ἐπιθυμίας πέπαυται. Παντάπασιν οὖν δηλονότι ξένον φύσεώς ἐστι, τὸ χρυσοῦ ἐπιθυμεῖν· πᾶσα γὰρ ἐπιθυμία πέπαυται βροτῶν, ὅταν λάβῃ κόρον, ἐπειδὴ τῇ φύσει τοῦτο συνέσπαρται· ὁ δὲ τῶν χρημάτων ἔρως ἀκόρεστός ἐστι, διὰ τὸ εἶναι τοῦτο παρὰ φύσιν, ἔπειτα καὶ ἐν αὐτῷ κοσμεῖσθε, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐνδοξάζεσθε, τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὑπερμεγαλυνόμενοι· καὶ διὰ

attulit, eam abigimus, & siti superveniente ad fluvium ventitantes, aurumque conculcantes, aquam bibimus, & illam explemus: aurum vero sitim non sedat, neque famem solatur; vulnus non curat, neque morbo medetur; necessitatem non explet, sed potius excitat advenam naturæ cupiditatem. Homo autem sitiens potum desiderat, & aquam accipiens sitim sedat; & esuriens naturaliter desiderat nutrimentum, & edens satiatur, & cupiditatem sedat. Omnino igitur manifestum est, auri desiderium naturæ adventitium esse: omnis enim cupido cessat cum satiatur, quoniam naturæ hoc insitum; divitiarum vero cupido insatiabilis est, quoniam præter naturam est. Quapropter iis ornamini, & gloriamini, super alios homines elati; & propter

hæc ea quæ omnibus communia ſunt propria facitis; æqualem omnibus naturam avaritia etiam in multas ſententias dividente. Hæc fuit ſententia Calani mendacis, amici quidem veſtri, ſed qui à nobis conculcatur; & qui cauſa eſt aliis multorum malorum, vobis in pretio eſt. A nobis ut inutilis ſpretus dimittitur; omnia enim quæcunque nos conculcamus, hæc admiratꝰ eſt avarus Calanus, vanus veſter amicus, ſed non noſter, qui vilis, & miſeris miſerior, animam amore argenti amiſit. Quapropter nobis indignus apparuit, & indignus amore qui erga Deum eſt: nec contentus fuit hac ſylveſtri tranquillitate, in illa ſeſe delectans, neque ſpem habuit futura expectantem, miſeram ipſius animam argenti cupiditate trucidans.

Eſt vero quidam apud nos Dandamis, qui in ſylva ſuper frondibus jacet in tranquillo,

τοῦτο τὰ κοινὰ τῶν πάντων, ἴδια ποιεῖτε, τὴν ὁμοίαν πᾶσι μίαν φύσιν, τῆς φιλαργυρίας εἰς πολλὰς γνώμας λοιπὸν κατατεμνούσης. Καλανὸς οὖν, ὁ ψευδὴς φίλος ὑμῶν, ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἡμῶν καταπατεῖται, καὶ ὁ παραίτιος πολλῶν κακῶν πᾶσι, παρ᾽ ὑμῖν ἐστιν ἔντιμος, καὶ τιμᾶται ὑφ᾽ ὑμῶν· ἀνωφελὴς γὰρ ὢν ἡμῖν, παραπέμπεται ἐξουδενωθείς· καὶ πάντα, ὅσα ἡμεῖς καταπατοῦμεν, ταῦτα ἐθαύμασεν ὁ φιλαργυρήσας Καλανὸς, ὁ μάταιος, ὑμέτερος φίλος, ἀλλ᾽ οὐχ ἡμέτερος, μέλεος, καὶ τῶν ἀθλίων ἐλεεινότερος, τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ ἀπώλεσε φιλαργυρήσας· καὶ διὰ τοῦτο ἄξιος ἡμῶν οὐκ ἐφάνη, οὐδὲ ἄξιος τῆς πρὸς τὸν θεὸν φιλίας, οὐδὲ ἐναναπαύσατο ταῖς ἐν ὕλαις ἀμεριμνίαις, ἐν ταύταις ἐντρυφήσας, οὐδὲ ἐλπίδα ἔσχε τῆς μετὰ ταῦτα προσδοκίας, τὴν ἀθλίαν αὐτοῦ ψυχὴν φιλαργυρίᾳ κατακλείνας.

Ἔστι δέ τις παρ᾽ ἡμῖν Δανδάμις, ὡς ἐν ὕλῃ κατάκειται ἐπὶ φύλλοις, ὃς εἰρήνην

ἐγγὺς

ἀνθρώπων τοῦ θηρὸς ἐμφορηθέντος, τοῦτον καταςφάττοντες πάλιν ὑμεῖς ἐσθίετε, καὶ εὑρίσκεσθε τῶν πονηρῶν θηρίων ἀνημερώτεροι, αὐτοὺς τούτους ἐσθίοντες, καὶ ἀκαταλλάκτους συμφορὰς ἑαυτοῖς ἐν τῇ γαστρὶ ὑμῶν σωρεύοντές τε. Πάλιν τοὺς πενεστέρους ἀποστερήσαντες, ὑμεῖς οἰκοδομεῖτε οἰκίας, ἵνα θερμαινόμενοι βιαίως εὐπεπτεῖτε, καὶ ἀναγκάζετε ὑμῶν τὰ ἔντερα πλατεῖα εἶναι, τέχνων συνθέσει τῆς ἀμέτρου ἀκρασίας, ζωοφαγίας, καὶ οἰνοφλυγίας. Ἡμεῖς δὲ εὐχόμεθα, μηδ' ὕδατι διψῆσαι· περισπώμεθα γὰρ ἀληθῶς ὅταν σῶμα περισσῶς ποτίσωμεν ὕδατι· ὑμεῖς δὲ χαίροντες ἐπὶ τὰς οἰνοποσίας συνέρχεσθε, καὶ ἐὰν μὴ ἐκμανῆτε, πίνοντες οὐ παύεσθε· καὶ μετὰ ταῦτα χεῖρας ἐπὶ σπονδὰς ἐκτείνετε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν εἰς τὸν ἥλιον ἐπαίροντες, παντελῶς ἐκδιώξαντες ὑμῶν τὴν φρόνησιν, βαρυνόμενοι τὸν νοῦν ἀπὸ τοῦ οἴνου. Εὐτυχέστεροι παρ' ὑμῖν εἰσι μᾶλλον οἱ μαινόμενοι· ἐκεῖνοι γὰρ μεθύουσιν, οἶνον μὴ ἀγοράσαντες,

ράσαντες, ὑμεῖς δὲ μεριμνᾶτε τὴν τιμὴν τοῦ οἴνου, ἵνα τοῦτον ἀγοράσαντες, τῇ μέθῃ τὴν φρόνησιν ἐκδιώξητε, ἑαυτοῖς ἐπεισάγοντες ἔκφρονα μανίαν, καὶ ἀλλήλων χεῖρας κατακλῶντες, καὶ τραύματα ἑκάστῳ πλησίον ἐμφοροῦντες· καὶ ταῦτα ποιεῖτε ἀναισθήτως· εἶθ' οὕτως τοῦ οἴνου διαπνευσθέντος, μανθάνουσι τὰ παρ' αὐτῶν δρασθέντα ἐκ τῶν ἀλγηδόνων· καὶ οὐδ' οὕτως ἰσχύετε παραφυλάξαι τὴν μέθην. Πάλιν πολλὰ φαγόντες, οὐκ ἰσχύετε αὐτὰ πέψαι, ἀλλ' ὀψὲ ἀναχωρήσαντες, τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν διὰ στόματος ἐμεῖτε, κάτωθεν ἄνω στρέφοντες τὴν φύσιν· πίνοντες ἀμετρήτως, πληροῦσθε ὡς ἀγγεῖα, καὶ ὀζέσαντος τοῦ οἴνου τελευταῖον ἀναβλύζετε τοῦτον. Ἄφρονες, ἀνεστρέψατε τὸ σῶμα, ἀντὶ τῶν ποδῶν ἐπὶ κεφαλὴν περιπατοῦντες· ὡς δὲ τὰ ζῶα βιάζεσθε πληροῦσθαι, καὶ μετὰ ὕβρεως κενοῦσθε, νόσον προσλαμβάνοντες συντρίβετε τὸ σῶμα, καὶ ἐν οἷς δοκεῖτε τὴν γα-

pto. Vos de pretio vini ſolliciti eſtis, ut eo empto ebrietate mentem expellatis, amentem furorem ſuperinducentes, pugnis in vos invicem illatis, & vulneribus in unumquemque ex vicinis inflictis. Atque hæc quidem facitis, non percipientes: dein vino exhalato, tum demum ex doloribus quid factum ſit intelligitis: ſed nec ſic ebrietatem devitare poteſtis. Porro cum multa devoraſtis, ea concoquere non valetis; ſed cum ſero ſeceſſeritis, intemperantiam veſtram ore evomitis, naturam ſuſque deque vertentes. Immodice viventes, tanquam vaſa explemini; demum fervente vino, illud evomitis. Amentes immutaſtis corpus, pedum loco capite ambulantes. Veluti animalia, impleri enixe contenditis, & cum injuria evacuamini: morbo acquiſito corpus conſumitis; & quibus ven-

trem delinire videmini, iis ipsis affligitis. Cum semper sitis saturi, omni voluptate privamini: finis enim immodicæ satietatis est tortura corporis, non autem sanitas. Quid vero est corporis oblectamentum, si comparetur cum felicitate animæ? Si probare vultis quod multa possidetis, superflua indigis largimini. Ut audio vero, revera pauperes estis, ita ut nec frustum panis pauperibus donetis. Innumera bona vobismetipsis accumulare operam datis, servi corporum & ventris insatiabilis. Propter hos affectus multi apud vos sunt Medici, evacuantes cupiditates vestras impleri nescias, aut fame voracitatem vestram strangulantes, aut aliis artibus morbum frænantes; & qui prius, tanquam vas pertusum, multum eructaverant vinum, siti domantes, nec aquæ guttula dignantes. Et prius crapula laborantes, nunc torti per-

στέρα θεραπεύειν, ἐκεῖθεν ἀνιᾶσθε· καὶ ἀεὶ κεκορεσμένοι, πάσαις ἡδοναῖς ἐστερημένοι· τέλος γὰρ ἀμέτρου κόρου βάσανος σώματος, καὶ οὐχ ὑγεία· κολάζεσθε γὰρ νόσοις διὰ τὴν ἀμετρίαν. Τί δέ ἐστιν ἡ τοῦ σώματος τρυφὴ πρὸς ψυχῆς εὐδαιμονίαν; εἰ δ' ἀποδείκνυσθαι βούλεσθε, ὅτι ἔχετε πολλὰ, τοῖς παρ' ὑμῖν ἐνδεομένοις χαρίζετε τὰ περισσά· ὡς δ' ἀκούομεν, πτωχοί ἐστε τῷ ὄντι, ὥστε μήτε ἄρτον τοῖς αἰτοῦσιν ὑμᾶς διδόναι· ἀναριθμήτους δὲ οὐσίας παρ' ἑαυτοῖς σπουδάζετε σωρεύειν, δοῦλοι ὄντες σωμάτων, καὶ ἐντέρων ἀκορέστων· διὰ ταῦτα γὰρ τὰ πάθη πολλοὶ ἰατροὶ ἐν ὑμῖν, οἱ κενοῦντες ὑμῶν τὴν ἀπληστίαν, ἢ λιμῷ κατάγχοντες τὴν πολυφαγίαν, ἢ ἄλλαις τισὶ τέχναις τὴν νόσον χαλινοῦντες, καὶ τοὺς τὸ πρὶν πολὺν ἐκχεομένους οἶνον, ὡσεὶ ἀγγεῖον τετριμμένον, δαμάζοντες τῷ δίψει, μηδὲ ῥανίδας ὕδατος τούτους καταξιοῦντες· καὶ οἵ ποτε καρηβαροῦντες, νῦν βασα-

βασανιζόμενοι ξηροὶ διατελοῦσιν· καί τε μὲν παρὰ φύσιν ἔπινον τὸν οἶνον, νῦν δὲ κατὰ φύσιν ὕδωρ ἐπιθυμοῦσι· καὶ τότε μὲν πεπεδημένοι ἐπιθυμίᾳ ἀκορέστῳ, νῦν δὲ στερεβλούμενοι τῇ ἐγκρατείᾳ τῆς ἀνάγκης. Βραγμάνες δὲ οἶνον οὐκ ἐπιζητοῦμεν, οὐκ αὐθαίρετον κλώμεθα μανίαν· ὕδωρ, ὅσον θέλομεν, ἔχομεν ἐκ θείας προνοίας· καὶ τοῦτο δι' αὐτῆς σωφρονοῦντες, τὴν κατὰ φύσιν θεραπεύομεν δίψαν· μᾶλλον γὰρ ἑλοίμεθα θάνατον, ἢ κατακυριευθῆναι μέθῃ· θηρσὶ παραδοθῆναι μᾶλλόν ἐστι βέλτιον, ἢ δόξης θεοῦ ἀποῤῥιφῆναι διὰ πολυποσίαν. Ὁ γὰρ μεθύων ζῶν, χεῖρόν ἐστιν ἀλόγου, τεθνηκὼς φρονήσει· τὸν νοῦν γὰρ ἀπολέσας, τοῦ θεοῦ ἠλλοτριώθη. Τί δὲ οἱ ἐν ὑμῖν ἔνδοξοι; τῷ πλούτῳ ἀπάτην ψευδῆ ἐνορῶντες, καὶ τὰ ἐνταῦθα μόνα ἔχειν προσδοκῶντες, ἀλλήλους ἀδικοῦσι, τὴν δὲ ἀσθενεστέ-

manent ſicci: Et qui prius præter naturam vinum potarunt, nunc ſecundum naturam aquam deſiderant; & qui pri' inſatiabili cupiditate vincti ſunt, nunc temperantia neceſſaria torquentur. Bragmanes autem vinum non quærimus, neque ſponte furorem acquirimus: aquam, quantam volumus, Dei providentia paratam habemus, per quam temperantes redditi ſitim naturalem ſedamus: mori enim maluimus quam inebriari. Multo melius eſt ad feras dilaniandos exponi, quam ob immodicum potum à gloria Dei decidere. Qui enim vivens ebrietati indulget, vilior eſt animalibus, cum animo mortuus ſit: cui enim mens ablata, ille à Deo alienatus eſt. Quid vero qui inter vos divitiis illuſtres? fraudi mendaci obſecuti,& hujuſce in hoc tantum mundo vitæ bona expectantes, ſibiipſis invicem injuriam faciunt; in-

firmiores autem etiam trucidantes, paucula illa quæ posſederunt bona, auferunt: verum etiam his certa manet mors. Quid autem dicamus de Epicureis, unguento perfuſis, qui molles mulierum veſtes induti delicate ambulant, & aromatum contra naturam paratorum ſuccis aerem inquinant? Quid opus eſt de Stoicis præſtantibus iſtis Philoſophis loqui, nummos avide corradentibus? Quid porro de Philoſophis Peripateticis dicemus? omnes hi à vobis Magni & Illuſtres habentur, non autem a Bragmanibus. Audio quoque novam quandam naturam a vobis inventam: nam mares caſtratis, vi adigentes ut fœminæ fiant: & qui apud vos vir naſcitur, neque generat ut vir, neq; parit ut fœmina, in ſuum tantum vivens opprobriū. Quis veſtri non miſereatur, qui hanc mutilationem inter vos cernat? Nos veſtrum miſerti nihil pro-

ροῦς καὶ φονεύοντες, ἀποστεροῦσι καὶ ἃ κέκτηνται ὀλίγα· τὸ δὲ πέρας τούτων ἀναμένει θάνατος. Τί δὲ εἴπωμεν περὶ Ἐπικουρείων ἀνδρῶν μυροβρόχων, καὶ μαλακῇ ἐσθῆτι γυναικῶν ἁβρῶς περιπατούντων, καὶ βεβιασμένων ἀρωμάτων χυμοῖς τὸν ἀέρα μιαινόντων; Τί δὲ δεῖ καὶ λέγειν περὶ Στωϊκῶν λογίων φιλοσόφων φιλαργυρησάντων; Τί δὲ πάλιν ἐροῦμεν περὶ τῶν Περιπατητικῶν φιλοσόφων; πάντες οὗτοι θαυμάσιοι καὶ μεγάλοι παρ' ὑμῖν, ἀλλ' οὐ παρὰ Βραγμάσιν. Ἀκούομεν δὲ καὶ καινὴν ἀνθρώπων φύσιν ἐξευρῆσθαι παρ' ὑμῖν, ὅτι ἐκτέμνετε τοὺς ἄῤῥενας, θηλείας αὐτοὺς βιαζόμενοι ποιῆσαι· καὶ γίνεται ὁ παρ' ὑμῖν ἄνθρωπος γεννηθεὶς, οὔτε σπείρων ὡς ἀνὴρ, οὔτε τίκτων ὡς γυνὴ, ζῶν δὲ μόνον εἰς ἰδίαν ὕβριν. Τίς οὐκ ἂν ὑμᾶς ἐλεήσῃ, βλέπων ἐν ὑμῖν τοῦτον τὸν ἀφανισμόν; οἰκτείροντες δὲ ὑμᾶς ἡμεῖς ὠφελοῦμεν οὐδὲν,

τὸ

ficimus, eo quod opinio veſtra cum inſtituto Bragmanum non conveniat. Nos ſuperbiam odio proſequimur, univerſum humanum genus diligimus: veritatem docentes, & viam juſtitiæ iis qui beneficio affici volunt indicantes, in hac vita, tanquam in magna domo, præſidemus; nudo tam animo quam corpore verſus omnes uſi; hoc eſt, tota anima ad omnes homines divitias noſtras profundimus. Macedonia, ut audio, vi omnia ſubjugat, prius & ipſa vim paſſa: adverſæ enim fortunæ omnes ſunt ſervi. Sed horum omnium expertes ſunt Bragmanes, qui a nemine unquam debellari potuerunt: nihil enim quod apud vos eſt appetimus. Tu vero, Rex Alexander, ſi eadem nobiſcum ſapis, ad Indos veniens, & Bragmanas intuens, nudus in ſolitudine habita; alias enim non te recipimus, niſi prius

τὸ μὴ συντρέχειν τὴν γνώμην ὑμῶν τῇ προθέσει τῶν Βραγμάνων· ἡμεῖς τοίνυν μισοῦμεν ὑπερηφανίαν, καὶ φιλοῦμεν πᾶσαν ἀνθρωπίνην φύσιν, προκαθήμενοι τῆς ἀληθείας διδάσκαλοι, καὶ ἔνδειξιν ὁδοῦ δικαιοσύνης τοῖς εὐεργετεῖσθαι βουλομένοις ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, ὡς ἐν μεγίστῳ οἴκῳ, γυμνῇ τῇ ψυχῇ πρὸς πάντας διαζῶντες, ὥσπερ τῷ σώματι, τουτέστιν, ὁλοκλήρῳ τῇ ψυχῇ πρὸς πάντα ἄνθρωπον πλουτοῦμεν. Ἀκούομεν δὲ ὅτι Μακεδονία βιάζεται τὰ πάντα, πρότερον αὐτὴ βιασθεῖσα· τῆς γὰρ τρεφομένης ψυχῆς εἰσὶ πάντες δοῦλοι· ἀλλὰ τούτων πάντων ἄπειροί εἰσι Βραγμάνες, ἐπ' οὐδενὸς δυνάμενοί ποτε πολεμηθῆναι, οὐδενὸς γὰρ τῶν ἐν ὑμῖν ἡμεῖς ἐπιθυμοῦμεν. Σὺ δὲ εἰ, βασιλεῦ Ἀλέξανδρε, τὰ ἡμέτερα φρονεῖς, παραγενόμενος εἰς Ἰνδοὺς, καὶ Βραγμάνας ἰδὼν, ἐπ' ἐρημίας οἴκησον γυμνός· ἄλλως γὰρ οὐ δεχόμεθά σε ἡμεῖς, ἐὰν μὴ πρῶτον

πάσας

omnes a te dignitates abjicias, quibus nunc gestis & gloriaris. Placebunt tibi Providentiæ sermones, sicut antea dixi; & corditer ea omnia diliges, quæ prius admiratus laudasti. Quod si mihi obtemperaveris, & hæc feceris, nemo amplius tibi bellum inferet; cum ea quæ posthac possederis, nemo tibi potest auferre: nam si mihi firmiter & certo parueris, nemo vel tantillum quod ad vestram vitam pertinet, apud te reperiet. Et hoc quidem in perpetuum meum gaudium describetur, lucrum scilicet tuum. Nos nemini, qui vere Deum colere, & vitæ nostræ institutum imitari desiderat, invidemus, universum mortalium genus miserantes.

πάσας τὰς ἀρχὰς ἀπορρίψῃς ἀπὸ σεαυτοῦ, ἐφ' ἃς νῦν γέγηθας, καὶ μεγαφρονεῖς. Ἅψονται δέ σου προνοίας λόγοι, ὅπερ πρότερον εἰρήκειν σοι, καὶ ἀγαπήσεις ἐκ καρδίας σου πάντα, ὅσα τότε ἐπῄνεσας θαυμάσας· καὶ ἐάν μοι πείθῃς, καὶ ποιήσῃς ταῦτα, οὐδεὶς ὅλως οὐκέτι πολεμήσει σε, οὐδ' ἀφελέσθαι σου τίς τι δυνήσεται λοιπὸν ὧν οὐ κέκτησαι. Ἐὰν γὰρ ἐμοὶ πείθῃς κατακράτος καὶ ἀσφαλῶς, οὐδεὶς οὐδὲν ἡμετέρου βίου εὑρήσει παρά σοι· ὕλαι γάρ σε θρέψουσι λοιπὸν, τῆς προνοίας σοὶ πάντα χορηγούσης, ὥσπερ καὶ ἡμῖν, καὶ ἐν πᾶσι πλουτήσεις, μιμησάμενος Βραχμάνας ἀκριβῶς· καὶ ἐμοὶ τοῦτο καταγραφήσεται εἰς αἰώνιον χαρὰν, ἡ ὠφέλεια ἡ σή· τοῦτο γὰρ καὶ παρ' ἐμοῦ ᾔτησας τῆς ἀρχῆς. Οὐ φθονοῦμεν οὖν ἡμεῖς οὐδένα τῶν βουλομένων ἀληθῶς εὐσεβεῖν εἰς τὸν θεὸν, καὶ βίον ἡμέτερον ἐθέλοντας ζηλοῦν, οἰκτείροντες πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν τῶν θνητῶν.

Cum unicum nacti sumus exemplar, idque non immaculatum, cujus vestigiis religiose institimus, ne quis Codicis vitia Typographi incuriæ imputaret, ea hic, cum nostris in eadem conjecturis, exhibenda curavimus.

PAg.3.Lin. 10. ἀκηδεία *lego* ἀκηδία p.3.l.14. Αὐξούμην *l.* Ἀξουμὶν p.4.l.11. τις *l.* τι p.4.l.17. ἐν πιούρεις *l.* ἐπιούροις p.4.l,20. νῆαι *l.* νῆες p.4.l. 24. οὔτε- οὔτε *l.* ἤτε- ἤτε pag. 4. lin. 22. λείπη *l.* λείπει pag. 4.l.26. κάρλον *l.* κάρυον pag.5. lin.15. πλοιαρίους *l.* πλοιαρίοις p.6,l.3. νεανισκοὶ *l.* νεανικοὶ p,7.l.7. Γλώσσας *l.* γλώσσης p.7.l,15. Ταβρόνη *l.* Ταπροβάνη p.8.l.2. λαχόντα *l.* λαχόντες p.8.l.21. τρόπη *l*, τροπῇ p.9.l.1. ἀντίασομαι *l.* ἀντιάσωμαι p. 10. l. 12. ἀναφίβιον *l.* ἀμφίβιον p.10.l.20. ὡς *l.* ὧν p.11.l. 1. Ἀδριανοῦ *l.* Ἀρριανοῦ p. 12, l.14. καταπεύσας *l.* κατοπτεύσας p.12. l.18. χρηστάμενος *l.* χρεωστάμενος p.12.l.22. μήτηρ *l.* μῆτερ p. 12.l.24. δυνάμεως *l.* ἀρετῶν μητρὸς δικαιοσύνης p. 13.l.3. δοτὴρ &c. *l.* δότειρα, γνώσεως κοινῆς ἐρευνητὰ, ἀδίκους μὲν ἀποτίννουσα p.14.l.7. προτερον *l.* προθυμότερον p.14.l.8 ὅτι *l.* ὅ, τι p. 14, l. 10. βασιλεῦς *l.* βασιλεῦ p.14.l,16, γευστάμενος *l.* γευσόμενος p.16.l.1, πρὸς τὸ πάσῃ *l*, τὸ πρὸς πᾶσιν p,17.l,3, ἀνερρώθησαν *l.* ἀνερρώθημεν p.18,l. 17, ὅτι *l.* ὅ, τι p.19,l.17, δηλονότι *l.* δῆλον ὅτι p.19,l.24, τοῦτο *l.* τοῦτον p.20,l,27, ὡς *l.* ὃς p.20,l.28, εἰρήνην *l.* ἐν εἰρήνῃ p.21,l.2, μητρὸς *l.* μητρὸς γῆς p.23,l,2. ζῶν ἐνάδου *l.* ζώνην Γαδείρων p 23,l. 22, ἂν *l.* ἅμ' vel ἐν p.24,l.2, μήτηρ γάλα &c. *l.* ὡς μήτηρ γάλα τῷ τεχθέντι p.27,l.28, μόνος *l.* μόνον p.28,l,14, μηδενὸς πένητος θέλε *l.* μηδὲν θέλε p,28,l, 19, λύπη *l.* λύπῃ p,29,l,7, ὁ λέων *l.* ὡς λέων p.29,l,8, πήσειλαι *l.* σήπελαι p,30,l,5, ἐμφραίνει *l.* εὐφραίνει l, 28, κατερρειπαμένα *l*, κατερριμμένα

καπεῤῥιμμένα vel καπεῤῥιπλασμένα p.31.l.9, πολέμῳ l. πολέμων p.31.l.18, τούτῳ l, τοῦτον p, 33 l,15, φονοιῶντες l, φρονοιῶντες l, 18, ἦν l, τὴν p, 34, l, 3, ἀπαλλαγῆς l, ἀπαλλαγεὶς p, 35, l, 17, συντυχὼν l, συντυχεῖν p, 36, l, 25, λαχόντα τῇ ψήφῳ l, λαχόντι τὴν ψῆφον p, 39, l, 4, ἀναχέων l, ἀνακαίων p, 39, l, 7, ὕμνος l, ὕμνον p, 39, l, 17, ἀπειθήσας l, ἀπειθούσας vel ἀπειθησάσας p, 40, l, 13, ἐκπομπεύσιν l, ἐκπομπεύων p, 40, l, 28, τοῖς παρὰ l, τὸ παρὰ p, 41. l, 16, ὕλας l. ὕλης p, 41, l, 28, ἄχρειαν l, οὐ χρείαν p, 42, l, 7, μνήμης l, μνήμη p, 42, l, 24, τῷ ἐπὶ l, τὸ ἐπὶ p, 43, l, 1, τὸ μείζονος l, τὴν μείζονα p, 44, l, 27, ταύτην l, ταῦτα p, 46, l, 19, σίθετε l, σήθετε p, 47, l, 16, τοῦ καταπαλαισομένον l, τοῦ καταπαλαισομένους p, 48, l, 8, τε deleo. p, 48, l, 11, ἐμπεπλεῖτε l, ἐμπεπλῆτε p, 48, l, 12, 13, πλατεῖα ἐστὶ, τέκνων l, πλατέα ἐστὶ, τεχνῶν p, 48, l, 15, ὕδατι l, ὕδατα p, 49, l, 11, μανθάνουσι- αὐτῶν l, μανθάνετε- αὐτῶν p, 49, l. 20, ὀζέσαντος l, ζέσαντος p, 50, l, 3, πάσαις ἡδοναῖς l, πάσης ἡδονῆς p, 50, l, 5. κολάζεσθαι l, κολάζεσθε p, 50, l, 27. ῥανίδας l, ῥανίδος p, 51, l, 2, καί τε l. καὶ τότε l, 21, χεῖρον l, χείρων l, 24, ἔνδοξοι; περὶ πλούτῳ l. ἔνδοξοι περὶ πλούτῳ, p. 52, l, 17, κενήν l, καινὴν p, 53, l, 17, τρεφομένης ψυχῆς l, τρεπομένης τύχης p, 54, l, 3, μεγαφρονεῖς l, μέγα φρονεῖς, vel μεγαλοφρονεῖς. p, 54, l, 10, οὐ l, σὺ p, 54. l, 12. ἡμετέρου l, ὑμετέρου.



SANCTI AMBROSII TRACTATUS:

IN QUO

Loca, Doctrinam, ac Mores BRACHMANORUM *Describit.*



DESIDERIUM mentis tuæ, Palladi, quæ immenso ſapientiæ amore incenſa, nova ſemper diſcere optat, novum etiam arduumque opus efficere nos compellit, id vero eſt Brachmanorum Patriam, Conſuetudinem, Vitamque recenſere: Ego quippe, cum neque ipſos, neque ipſorum viderim loca (longo enim terrarum ſpatio a noſtra Europa ſunt ſejuncti) ea tibi dumtaxat quæ ab aliis audivi, & quæ a Scriptoribus deſumpſi, enarrare tentabo. Brachmani a nonnullis Gymnoſophiſtæ, a quibuſdam

Philoſophi, ſeu Sapientes Indorum appellantur. Habitant autem juxta Gangem, fluvium totius Indiæ maximum. Hic vero Ganges ille eſt, quem Scripturæ Sanctæ Phiſon appellant, & unus de quattuor qui e Paradiſo exire perhibentur. Primum igitur Muſæus frater noſter Dolenorum epiſcopus mihi retulit, quod ipſe aliquot ante annos ad Indias, Brachmanos viſendi ſtudio profecturus, Sericam fere univerſam regionem peragravit : in qua refert arbores eſſe, quæ non ſolum folia, ſed lanam quoque proferunt tenuiſſimam, ex qua veſtimenta conficiuntur, quæ Serica nuncupantur, & ibi inſignem quandam conſpici lapideam columnam, Alexandri nomine, hoc titulo ſculptam ; EGO ALEXANDER HUC PERVENI : & quod plurimis populorum nationibus regionibuſque perluſtratis, in Arianam tandem devenit provinciam prope Indum amnem : quam deſertis circumdatam cernens, fervoribuſque ambuſtam, eo quod Sol omnia incenderet (unde maxima aquæ laborabatur penuria, & ſi illa aliunde advehebatur, quod confeſtim in ſuis etiam vaſis fervere cerneretur) & cum Solis æſtum, locorumque incendium ſufferre nequiret, protinus inchoatum iter deſerere, pedem efferre, & in Europam remeare coactus eſt. Quædam ergo nova, non autem Brachmanos ſe vidiſſe affirmat. Refert nihilominus de Brachmanis aliqua ſe audiſſe a Scholaſtico quodam Thebæo, qui, ut ait, ob id ipſum, nempe ut ipſos Brachmanos & videret & alloqueretur, in Indias peregrinari propoſuit, & quod tandem miſer in captivitatem incurrit. Hic ergo, ut mihi Epiſcopus retulit, cum lenioris eſſet ingenii, in forenſis advocationis officio

officio incongruæ ſibi artis tædio fatigatus, Indiam videre,& Brachmanorum Patriam ac Mores cognoſcere deliberavit. Quocirca cũ quibuſdã mercatoribꝰ in Erythræo, ſive Rubro mari navim conſcendens, navigavit primo ſinum Adulicum, & Adulitarum oppidum vidit, mox Aromata promontorium,& Troglodytarum emporium penetravit,hinc & Aſſumitarũ loca attigit, unde ſolvens proſperis flantibus ventis,licet plurium navigatione dierum, Muzirim totius Indiæ citra Gangem emporium tandem pervenit: ubi quendam Indorum Regulum dominari aſſerebat. Immoratus igitur ibi aliquamdiu, obſervataque diligenter aeris & loci qualitate, ac hominum conſuetudine, per plures dies, venit ei in mentem ad inſulam,quæ Taprobane vocatur, transfretare: in qua illi, quibus Beatorum nomen eſt, longiſſimam ætatem vivere aſſeruntur (nam vitam hominum centum annis modicam putant) propter miram aeris temperiem, & incomprehenſibilem Divini diſpoſitionem judicii. Huic quatuor moderantur Reges ſeu Satrapæ, inter quos unus eſt maximus,cui cæteri ſubjacent, obediuntque, ut ille Scholaſticus referebat. Narrabat quoque, ſi credere facile eſt, mille inſulas Arabici & Perſici maris, & quas Mammolas vocant, illi obtemperare. Hic ille, quem Magnetem appellant, reperitur lapis, qui ferri naturam ad ſe vi ſua trahere dicitur. Cum ergo navis aliqua clavos habens ferreos illic applicuerit, illico retinetur, nec quoquam ire permittitur, vi neſcio quadam lapidis occulta impediente,ob id naves ibi ligneis clavis conſtrui dicebat. Quod inſula quinque habet flumina, & quidem maxima, quibus tota irrigatur, fertiliorque redditur.

Unde & ob maximam cœli clementiam poma nullo unquam tempore arboribus desunt: immo eodem tempore ejusdem arboris dum ramus alter florescit, alter fructus gignit, cæteri maturos ostendunt fructus. Insuper habet insula hæc dactylos, nuces quas Indicas dicimus, grandes & minutas, odoriferas tamen; item & nuces, quas corylos dicimus. Homines illius terræ aluntur pomorum, oryzæ, & lactis cibo, Nobiles vescuntur certis quibusdam diebus etiam solemnibus ovium caprarumque carnibus. Sues a Thebaide usque ad Indiæ Æthiopiæque fines aiunt non inveniri ob maximos æstus. Induunt gentes insulæ ovium pelles, non spernenda laboratas arte; oves item non lanæ, sed setarum teguntur vellere; nec lanæ, nec lini habetur ibi usus, ut narrabat Scholasticus; & quod de Æthiopiæ & Persiæ finibus, & Assumitarum locis ibi mercatores emendi, vendendi, permutandæque rei gratia conveniunt; & quod piper ibi nascitur, in magnaque colligitur copia. Ipsa autem admodum parva atque inutilis gens est, quæ intra speluncas saxeas vivit, & per præcipitia magna discurrere natura patriæ edocta consuevit. Piper autem cum ramusculis suis colligitur: ipsas autem arbores quasi quasdam humiles ac parvulas stirpes esse dicebat. Nam & ipsos exiguos homunculos esse, & grandia quædam capita asserit habere cum levibus & detonsis capillis. Reliquum vero Æthiopum atque Indorum genus comis naturaliter crispatis horret. In quo loco (adjecit) ab eo qui illic plurimum poterat, ego illico abreptus atque detentus sum, qui statim cœperat mihi etiam acerbe conviciari, eo quod eorum patriam solumque contingere ausus fuerim.

erim. Et illi neque excuſationem, nec defenſionem meam æquis animis audiebant, non enim poterant linguæ meæ intelligere ſermonem, nec ego criminis cauſam, quod mihi objiciebatur, ſciebam, quia illorum verba non noveram, ex ſolis tantum nutibus nos mutuos intelligere videbamur. Ego quidem ex aſpectu torvo luminum, & ex ſævo dentium ſtridore poteram verborum ſignificata noſcere: illi vero ex pallore meo atque pavore ſenſus meos miſericordia magis dignos ſuſpicabantur. Sic itaque ab eis detentum, per ſexennium me in piſtrinum opus facere juſſerunt, expenſa autem ex palatio Regis ipſorum unius tantum modii frumenti quolibet anno. Poſt ſex vero annos, dum paulatim ediſcerem eorundem loquelam, potui multa de vicinis nationibus lociſque cognoſcere. Tandem Deo propitio de captivitate hoc modo ereptus ſum. Rex alius ſupradicto huic Regi inimicatus, eum apud majorem illius regionis Imperatorem accuſavit, quod nobilem virum, civemque Romanum in teterrimam captivitatem, atque extremum ſervitium redegiſſet. Quo Imperator audito, confeſti illuc cognitorem cauſæ tranſmiſit, ac deinceps rei veritate perſpecta, protinus eum qui convictus in memorato crimine videbatur, exui tota ſui corporis pelle præcepit, eo quod civi Romano feciſſet injuriam. Dicuntur autem non ſolum impenſius honorare Romanorum Imperatorem, ſed incredibiliter timere, tanquam qui præclaro polleat ingenio, ac virtute magnifica, & Romanos eo quod armis atque viribus adeo potentes ſint, ut, ſi velint, ad regionis ipſorum excidium valeant pervenire. Ipſe ergo ille qui iſta dicebat, adjiciebat quod genus Brachmanorum non ex propria

propria tantum voluntate ſæcularib⁹ reb⁹renuntiat,ſed potius ut ex judicio Dei pendens, ac Divinitatis ope ſuffultum. Naturaliter enim nudi in finitimis fluvii regionibus vivunt. Nulli apud eos quadrupedes, nullus terræ cultus,nullus ferri uſus,nullum inſtrumenti genus, quo fieri aliquod opus poſſit. Habent autem illic deliciosas atque optimas auras, & ſaluberrime temperatas. Colunt ſemper Deum, cujus veram quidem ac diſtinctam notitiam ſe habere profitentur, omnemq; providentiæ ejus ac divinitatis rationem diſcernere. Jugiter orant, orantes vero non Orientalem partem, unde oritur Sol, aſpiciunt: ſed cœlum potius intuentur. Edunt autem ea quæ ſuper terram pecudum more potuerint invenire, hoc eſt,arborum folia, & olera ſylveſtria. Abundat enim apud illos plurimum herba, quam Inulam nomine vocamus, ſicut & apud Perſas. Item eſt ibi arbor, quæ acanthus nominatur. Habent & patrias arbores quaſdam,neſcio quos fructus ferentes, quibus veſci ſemper ſolent. Viri trans ripam fluminis Gangis in partibus Oceani,in quem fluvius memoratus ingreditur, degunt: fœminæ vero citra Gangem juxta mediterraneas partes morantur, ad quas earundem mariti Julio & Auguſto menſe tranſvadere conſueſcunt. Iſti enim menſes apud eos frigidiores videntur, eo quod tunc ad nos Sol convertitur, & ſupra Aquilonem, quem Boream vocamus,vis Solis erigitur, quo tempore temperati aeres magis, & ad concubitum magis apti eſſe dicuntur. Ubi ergo quadraginta cum fœminisſuis fecerint dies, mox ad propria revertuntur. At cum enixa fuerit uxor alicujus, edideritque unum vel alterum partum, non tranſit ulterius ad eam ejus maritus,nec ulterius

ulterius cum propria concumbit uxore. Singulis enim filiis in locum patrum ſubſtitutis, per totam de reliquo vitam à propriis ſe uxoribus abſtinent. Si autem acciderit ut quiſpiam ſterilem ſortiatur uxorem, uſque ad quinque annos maritus ipſius ad eam tranſit, & ei maritale præſtat obſequium : quæ ſi gravida per tempus illud reddita non fuerit, mox ab eadem penitus ſeparatur : ob quod non in multos populos eorum diffunditur genus, tum propter locorum difficultatem, tum propter conſuetudinem continendi. Hæc eſt ergo vita & converſatio Brachmanorum. Fluviū autem ipſum cum maxima dicunt difficultate vadari, tum propter Ondoniton tyrannum loca illa infeſtantem, tum etiam timore cujuſdam animalis in ſupradicto fluvio morantis, quod tantæ magnitudinis eſſe dicunt, ut integrum poſſit elephantem devorare. Eo vero tempore quo Brachmani flumen tranſire conſueverunt, Divino aſſerunt judicio dictum animal non videri in fluvio. Maximi etiam dracones illic eſſe dicuntur, habentes ſeptuaginta per longitudinem cubitos, unde ego unius pellem vidiſſe me memini quadraginta duos in latitudine habentem pedes. Formicas etiam illic eſſe ad modum palmæ hominis, ſcorpiones vero ad cubiti humani menſuram adeſſe loquuntur : propter quæ monſtra periculoſus eſt ipſorum tranſitus locorum. Non tamen ubique animalia iſta naſcuntur, ſed in illis partibus tantum, quæ ab hominibus non inhabitantur. Plurimique illic elephantum greges eſſe dicuntur. Hæc ſunt quæ a Thebæo Scholaſtico de Brachmanis audiviſſe ſe affirmat Muſæus; quæ vero ex hiſtoriis de Alexandri vita legi, & quæ ex pleriſque auctoribus ad hoc facientia de

illis

illis desumpsi, nunc subnectam.

Alexander Imperator, cum ei Macedoniæ solius imperium non sufficeret, neque Philippo patre tantum posset esse contentus, Jovis Hammonis filium semet esse dicebat. Et quamvis originem ipsius facile ipsa rei veritas comprobaret, falsis quibusdam tamen, & ut ei videbatur, invictis modis aliam sui esse naturam generis adstruebat. Itaque solemni bellorum apparatu, ac instructis equitum peditumque militum copiis, e Macedoniæ regione consurgens, totum pene peragravit mundum: & antequam in provinciam Babylonis accederet, Europam quidem & Asiam veluti quædam parva loca transcurrit; venit tandem in partes nostri quoque orbis, ut eas inspiceret, quasque cum reperisset suis conformes sensibus, ipse dicebat; Sapientia Providentiæ Mater, habens cum virtute ipsa, quæ omnium virtutum caput est, quandam communionem, in sola veritate consistens, alens omnem faciensque naturam, cujus donum est nostrorum sermo verborum, notitiam scientiamque communem scrutans & perspiciens, injustis quidem tribuens quæ merentur, justis autem parcens: da mihi quæso te placidam, ut possim ad illa quæ cupio, his precibus pervenire, Brachmanos vero bonitate ac sapientia præditos viros hic præsentes cenere. Veni enim ut aliqua cognoscerem a Calano, incola horum locorum, qui ad me festinus accessit, quo nunc persuadente desidero ediscere cuncta plenius, & videre. Brachmani vero e contra Alexandro ista dicebant: Venisti ad nos, inquiunt, cognoscere sapientiam cupiens: nos autem Brachmani libenter statim talem suscepimus voluntatem. Hujusmodi

modi enim deſiderium in vita ac moribus noſtris regnum judicatur: quod nunc diſcere Imperator ipſe voluiſti. Philoſophus enim non dominio alterius obtemperat, ſed ipſe dominatur: homo enim in eum non habet poteſtatem. Sed quoniam nihil nobis hactenus credens (eo quod uſque ad præſens tempus male de nobis apud te quidam locuti ſunt) nunc ad nos vera deguſtans veniſti. Calanus enim vir apud nos peſſimus fuit, per quem vos Græci, homines Brachmanos agnoviſtis quidem, bene tamen non potuiſtis agnoſcere. Ille enim non fuit noſter, qui ad divitias ſine aliqua ſui excuſatione transfugit, cui non ſuffecit de Taberunco fluvio aquam caſtitatis haurire, neque preſſi lactis cibum ſumere, quibus Deo digna mens creſcit, quam ille Deo ſemper habuit inimicam, qua male ſuccenſus in iram exarſit, quamque de ſapientiæ bonis tranſtulit ad vitia voluptatis. Ex nobis autem nullus in prunis ardentibus volutatur, neque ulli dolores corpora noſtra conſumunt, ſed vita noſtra medicamentum aliquod ſanitatis eſt. Naturali autem beneficio alieni à divitiis omnibus ſumus: æquo etiam vitam noſtram mors ſine comitatur. Et ſi interdum nonnulli forte mortalium, ad quos falſorum venit doctrina verborum, percutere nos vanis tentant ſagittis, ingenuitatem tamen noſtram lædere ac vitiare non poſſunt. Unum atque idem eſt mentiri, & credere mentienti. Nocet enim quis & cui falſa perſuadet; nocet & ſibi, quia dum mendacio credit, non facile ad ipſam veritatem pervenire valet. Inſimulatio autem mala inimicitiarum quædam & certaminum mater eſt, quæ ex ſe iracundiam parit, ex quibus rurſus jurgia & bella

naſcuntur. Nulla tamen virtus eſt occidere hominem: latronum enim iſte, ut novimus, mos eſt. Sed nos virtutem veram vocamus contra aurarum mutationes nudo corpore dimicare, deſideria ventris abſcindere, & varias ipſius pugnas abſtinentia patientiaq; ſuperare. Igitur prius vince hos inimicos ante omnia tuos, ſi fortis videris tibi, & exinde opus tibi non erit adverſum quempiam certamina externa committere. Idcirco enim contra eos qui foris ſunt, commoves bella, ut iſtis quos intrinſecus habes, alimenta & fomenta ſuppedites: ſed tu vides quod eos quidem, cum quibus foris dimicas, vincis, ab iis autem quos noſti, qui intra te ſunt, ſuperaris. Conſidera igitur quanti tyranni in ſtultorum cordibus degunt: oculi, aures, nares, venter, virilia, totumque corpus humanum, quam multa etiam deſideria naſcuntur intrinſecus, quibus omnibus genus mortale ſuccumbit & ſervit, propter quæ cuncta & jugulantur & jugulant. Nos autem Brachmani, quia omnia quæ intrinſecus habemus bella ſuperamus, jam de reliquo incolumes atque ſecuri in ſumma pace requieſcimus. Silvas videmus, cœlumque ſuſpicimus, aquilarum diverſarumque avium gratiſſimas voces ſemper audimus, nudo ſub aere arborum foliis noſtra corpora contegimus, eorumque fructibus veſcimur, aquam bibimus, hymnos Deo canimus, & futuri ſæculi vitam deſideramus, nullumque quod prodeſſe nobis non poſſit, audimus. His ergo nos Brachmani moribus contenti vivimus, paucíſque ſermonibus agitatis mox tacemus. Vos autem dicitis quidem quæ debeant fieri, nec tamen facitis. Philoſophum vos nullum putatis, niſi eum qui noverit loqui:

qui : veſter enim eſt omnis ſenſus in lingua, vobiſque in oris veſtri labiis tota ſapientia eſt. Aurum argentumque colligitis, plurimis ſervis & magnis domibus indigetis : affectatis honores, & ſectamini dignitates, editis tantum atque potatis, quantum juvat expleri, utimini æque & veſtibus delicatis ſemper ac mollibus, eaque facitis, quorum pœnitentiam mox geratis : contra vos ipſos veluti contra inimicos veſtros ſoletis loqui, cum tamen habere vos linguæ propriæ poteſtatem ſciatis. Longe profecto meliores ſunt illi qui tacere conſueverunt, non enim ſe ipſos loquendo revincunt. Mutuam mercedem ab omnibus accipitis : glorioſum, ut putatis, ornamentum digitis veſtris imponitis aurum : vos quoque feminas videmus ornatos, cum ſciatis quod idipſum, in quo magnopere creditis, quantum ad rem pertinet veram, vobis prodeſſe nihil poſſit. Auro enim non extolluntur animæ, neque corpora nutriuntur, ſed è contra per illud utraque iſta vitiantur. Nos autem qui cognoſcimus veritatem, ipſamque naturam, ſi cœperimus ſitire, ibimus ad fluvium, aurumque calcantes, aquam bibemus. Auro enim nequit ſedari fames, ac ſitis neſcit extingui. Non ex auro venit vulnerum cura, non ægrotorum medicina membrorum, non ulla refrænatio cupiditatis immenſæ, ſed hortatus magis ac provocatio major ad novam neſcio quam concupiſcendi libidinem. Et ſitis quidem illa naturalis cum fuerit, cum aquam, quam deſideravit, acceperit, ſitire mox ceſſat : ſimiliter etiam naturalis fames, quando eſcam quam quærit, acceperit, conquieſcit. Si igitur eodem modo eademque natura aurum quoque humanus animus deſideraret, ubi primum accepiſſet

quod optabat accipere, ſine dubio cupiditas & ipſa ceſſaret: ſed nedum iſta non ceſſat, immo ſemper nova, & ſine aliqua intermiſſione deſiderat, quia non ex commonitione naturæ deſiderium tale procedit. Poſtremo, in quo apud vos homines & ornantur & gloriantur, in eodem apud nos ſpernuntur. Calanus amicus eſt veſter, ſed ſpernitur & calcatur a nobis. Qui ergo multorum malorum auctor apud vos fuerit, à vobis honoratur & colitur: quia vero eſt inutilis, projicitur à nobis: & illa quæ nos omnino non quærimus, Calano pro ea quam habuit erga pecuniam cupiditate, placuerunt. Sed non erat noſter hic talis, qui animam ſuam miſerabiliter læſit, ac perdidit, ob quod neque Dei neque noſtri amicus eſſe viſus eſt dignus, neque in hoc ſæculo inter ſilvas habere meruit ſecuritatem, neque illam ſperare gloriam potuit, quæ promittitur in futuro.

Alexander Imperator ubi venit ad ſilvas, Dandamim quidem ipſum in tranſitu videre non potuit: in ſilva enim jacebat, recumbens ſuper arborum folia in ſecuritate & pace, proximus fonti, quem quaſi uber terræ matris incorruptum atque integrum in os ſuum emulgere conſueverat. Miſit autem ei Alexander amicum quendam nomine Oneſicritum, dicens ei; Oneſicrite, memoratum virum Dandamim ad me venire feſtina, aut cauſam propter quam venire noluerit, nuntia, ut ego ipſe ad videndum eum pergam. Cui ille reſpondit; Faciam cum celeritate quod præcipis. Nam ſicut jubere tuum eſt, ita meum eſſe cognoſco tuis juſſis obtemperare. Ubi igitur ſupradictus ad Dandamim nuntius venit, his eum alloquutus eſt verbis; Dixit filius Dei Jovis magni,

magni, Alexander Imperator, qui est dominus generis humani, ut properes ad illum venire, quia tibi, si veneris, plurima dabit munera : si vero venire nolueris, veluti comtemptorem te capite puniet. Quæ cum ad Dandamis aures dicta venissent, non surrexit ex foliis, quibus fultus jacebat, sed tale responsum ridens reddidit, ac recumbens : Deus, inquit, maximus parare cuiquam nescit injuriam, sed lumen vitæ rursus iis præstat animis, quæ suo solverint fato. Meus ergo ille solus est dominus, qui homicidia vetat, & qui bella non concitat. Alexander vero non est Deus, quia & ipse moriturus est. Quemadmodum igitur potest esse omnium dominus, qui nondum Tyberoboam fluvium transfretavit, neque per totum mundum sedem suam locavit, non zonæ Gadem transiit, non in medio orbis cursum solis aspexit? quare gentes plurimæ nec ejus quidem nomen adhuc nosse potuerunt. Si autem non capit eum illa quam possidet terra, fluvium transeat nostrum, & inveniet solum tale, quod norit homines sustinere. Quæcunque mihi Alexander pollicetur, si ea præstiterit, cuncta inutilia mihi erunt. Ego enim habeo domum folia, herbis quoque quæ adjacent mihi, vescor, & aquam poto : posthabeo alia quæcumque cum solicitudine colliguntur ac pereunt, nihilque aliud præter tristitiam quærentibus ea atque habentibus præbent. Nunc igitur securus quiesco, clausisque oculis nil omnino custodio. Si aurum voluero servare, somnum meum dissipo : terra mihi omnia ut lac mater infanti ministrat. Ad quemcumque accedere voluero locum, vado, quocumque autem ire noluero, nullius solicitudinis necessitate compellor. Et si

ſi caput meum voluerit abſcindere, animam auferre non poterit: ſed caput tantummodo jacens tollet, anima vero diſcedens, caput ſuum veluti partem veſtis alicujus relinquet, ac reddet ei à quo id ſuſceperat, nempe terræ. Cum autem factus ſpiritus fuero, ad Deum qui eum intra hanc carnem incluſit, aſcendam. Qui cum hoc fecerit, tentare nos voluit, ut videret quemadmodum diſcedentes ab eo in hoc ſæculo viveremus. Et poſtmodum cum ad eum fuerimus reverſi, rationem vitæ hujus à nobis expoſcet. Cui aſſiſtens ego videbo injuriam meam, ejuſque judicium in illos qui injurioſi mihi fuerunt, intuebor: ſuſpiria enim gemituſque læſorum incipient lædentium eſſe ſupplicia. Hoc Alexander illis minetur, qui opes deſiderant, qui timent mortem, quia nos utrumque contemnimus. Nam Brachmani neque aurum diligunt, neque mortem verentur. Vade igitur, & hoc Alexandro referas; Nihil tuorum Dandamis quærit: verum ſi aliquid ex ipſius rebus tu neceſſarium tibi eſſe credis, ad eum venire non dedigneris.

Quæ ubi Alexander per internuntium audivit, deſiderare plus cœpit ut talem virum videret, utque ſe, qui multas vicerat gentes, unus & nudus vinceret ſenex. Pergit igitur cum quinque vel decem amicis ad eas, quas ſupra diximus, ſilvas, & cum veniſſet adproximum, atque ex equo, quo vehebatur, exiliiſſet, coronam de capite depoſuit, omnemque qui circa ipſum erat, ſuperbiæ tumorem relinquens, ad memoratum ſenem ingreſſus eſt ſolus, & ad pedes ipſius ſe dedit, hoc dicens; Salve Dandami, ego ad te veni, quia tu ad me noluiſti venire. Cui ille reſpondit; Ad quid ad nos veniſti? aut quid de noſtris ſolitudinibus auferre

ferre desideras? Quod cupis ipse, nos habere non possumus: Quod iterum nos habemus, necessarium tibi non est. Nos honoramus Deum, & amamus hominem, negligimus aurum, contemnimus mortem: vos autem mortem timetis, honoratis aurum, oditis hominem, Deum contemnitis. Ad quem Alexander; Doce, inquit, nos aliquid sapientiæ: plenum aiunt te divinitate, & cum ipso colloqui sæpius Deo: ego vero scire desidero in qua re præstantiores Græcis vos ipsos esse dicatis, & in quo aut melius videas quam alii homines, aut amplius sapias. At ille respondit; Ego,inquit,vellem deferre ad te acceptum à Deo sensum, sed ipse locum non habes ubi donum tale suscipias. Impleverunt enim animam tuam avidæ atque immodicæ cupiditates, quas nunc mecum certare considero, quia te ab ipsis conor avellere, quamquam hodie plurimum mœrent,eo quod morte nullius gentis vel sanguine polluaris, & quia vident adhuc homines in civitatibus commorantes. Tu ad Oceanum usque vis accedere, post quem aliam iterum partem orbis cupis occupare: & tunc tristitia afficieris, cum non potueris habere quod vincas. Quomodo ergo satisfacere desiderio tuo poteris, cum totus tibi serviens mundus animum tuum explere ac satiare non possit? Minor mundo longe tu factus es, & si omnia simul velis vincere, atque universa quæcumque tenent homines possidere, tandem necesse est ut solum habeas quantum aut tu jacentem tenere me cernis, aut ego occupare video te sedentem. Ex quo iterum si ad alia transeamus,& in aliis quoque tibi similes invenimur. Eodem enim modo quo ipse, omnibus utor elementis, aere, aqua, & terra, nec quidquam ultra

ultra habere desidero, & omnia juste habeo quæcumque possideo: & si solus omnes fluvios obtineas, plus tamen aquæ quam ego ex ipsis haurire non poteris. Hanc ergo si à me sapientiam discas, nihil tibi deerit: totumque habebis, si nihil desideraveris. Cupiditas enim paupertatis est mater, quæ medicamento malo, hoc est, solicitudine nequit curari: quæ ita semper omnia quærit, quasi invenire nil possit: quia non in iis ad quæ jam potuit pervenire, requiescit, sed ex illis quæ necdum tenere se cernit, magis magisque cruciatur. Habebis autem maximas cum voluptate opes, si ita mecum vivere voles: & si meis acquieveris verbis, meas divitias possidebis. Amicus mihi est omnium Deus, & de ipsis cum eodem rebus loquor, malorum hominum verba non audio. Cœlum habeo pro tecto, terra mihi tota pro lecto est. Fluvii mihi potum ministrant, mensam silva suppeditat. Non vescor animalium visceribus, ut leones, neque intra pectora mea inclusæ quadrupedum aut volatilium carnes putrescunt, nec sum mortuorum sepulchrum, sed providentia naturalis omnes mihi fructus ut lac mater infundit. Intelligo ipse quid quæras. Sapientem me vides, talis & factus sum, itaque vivo ut procreatus sum, & quæ Deus faciat agnosco, & quid fieri debeat scio. Vos autem vanitate magna repleti præsagire vos creditis, cum tamen hæc ipsa quæ per singulos videtis dies, Dei opera intelligere nesciatis. Ego cuncta cognosco, & unde, & quando, & quomodo fiant. Pluvias, siccitates, fulmina, tempestatesque præsagio: & hoc est quod me delectat ac reficit, quia Deus habere me communionem quandam atque consilium cum operibus suis fecit. Ad me quem-

quemadmodum angelus venit, & si quando aliquid timuerit Imperator, tunc ego deprecor Deum ut boni aliquid ei, cum ad me venerit, præstet, ut eum metu quo laborat, absolvat, utque ei fiduciam quamdam mentis inspiret. Quid esse rectius dicis, lædere homines, an tueri atque servare? & quid magis convenit facere filiis Dei, aut evertere cuncta pugnando, an expugnata & diruta instaurare pacando? Non tibi proderit, Imperator, enorme pondus auri, neque elephantorum, quos sustulisti aliis, multitudo: sed hæc vox mea, & is meus sermo. Tu vero etiam si me interficere volueris, non timebo, ibo enim ad Deum citius, qui & causam & vitam meam novit. Nihil est quod Deum latere possit, cujus oculi sunt omnes stellæ, sol, & luna, quæ omnia tu effugere non potes, neque in te judicium ejus evadere. Noli igitur tu destruere quæ ille construxit: noli tu cupere dissipare ea, quæ ille qui ea fecit, ornare desiderat: noli immolare sanguinem civitatum, neque transire supra gentium mortuarum cadavera. Longe enim rectius feceris si tuam curaveris vitam, quam si alienam desideraveris mortem: & si contemptis iis quæ prosequeris damnis, vera elegeris lucra. Cur cum unam persequeris animam, tot simul vis extinguere nationes? Quid, delectaris totius sæculi malis? quid, aliis flentibus, rides? Hoc ipso tamen, quod memor mei, qui in solitudinibus his vivo, esse voluisti, temetipsum lucratus es. Neque nunc aut certamina pertimescis, aut lædere quemquam cupis, aut virtutem tuam in aliorum malis, quod fecisti semper, exerces. Projice igitur a corpore tuo vellera ovium mortuarum, neque defunctis volueris te o-

perire tegminibus, magis enim ipſe cum talem te feceris, honorabis, quia temperatur anima in deſertis vivens locis. Hoc igitur vitæ noſtræ propoſitum magis elige, cujus beatitudine plus quam apud Macedones frui poteris. Qui quidem te per ſingulos expectant dies, ut reliquas tecum diruant civitates, & quæcumque in ipſis valuerint invenire diripiant: quoſque in præſenti die triſtari arbitror ac dolere, quod incolumes adhuc quaſdam videant nationes, occaſionem nanciſcentes cupiditatum ac rapinarum ſuarum auctoritatem nominis tui. Quam ergo ſecuram in Deo vitam poteris obtinere, & ut tibi ipſe jam vivas, qui nunc adhuc multa cogitas rapere, multos trucidare deſideras: ex quibus jam aliqua feciſti, alia in præſenti facis, alia facturum te eſſe promittis? Ego vero cum ex hoc mundo receſſero, in aere poſitum te videbo: & tunc quidem ſermonem prædicabis meum, quia te multitudo equitum vel peditum nulla comitabitur, & cum maximo mentis tuæ dolore deflebis, hoc dicens; Sine cauſa perdidi totius retroacti temporis vitam, quam in honoribus iſtius mundi, belliſque, conſumpſi. Ex quibus intelliges nihil tibi aliud te reliquiſſe, niſi memoriam ſolam malorum. Novi enim ego quæ divinitas intra ſe habeat, cum tamen ipſe ſim apud homines conſtitutus, mihique tunc iſta dices; Bona conſilia Dandamis mihi aliquando præbebas. Tunc enim ante conſpectum tuum venient omnes quas ſine cauſa expugnaveris animas, apud quas quomodo excuſare te poteris?

Libenter hæc & ſine ulla iracundia Alexander audiebat: erat enim in Dandami ſpiritus Dei: ſed inſtigante dæmone malo inter ipſa principia mutabatur

tur Alexander. Unde his alloquebatur Dandamim verbis; Scio vera te dicere, de divino enim genere descendens, in his constitutus es locis, ubi nunc tibi sine ulla molestia, sed cum maxima voluptate, vivere licet, & ubi naturalibus divitiis frueris, & quiete secura. Ego vero inter tumultus varios ac formidines vivo, plurimosque ex ipsis qui me custodiunt, timeo, & major mihi plerumque ab amicis metus quam ab hostibus venit, quorumque amplius quotidie quam inimicorum meorum insidias pertimesco: & neque sine ipsis degere queo, neque illis me possum credere: vivo igitur in afflictione. Quos enim vereor, eorum constipatione custodior. Diebus quidem totis varias gentes prosequor ac fatigo, noctibus vero me somnus turbat ac vexat, ne quis in me inopinatus hostis impetum faciat. Et si occidero quos formido, tristis efficior: si rursum lenis ac mitis voluero esse, contemnor. Et quemadmodum à tantis rerum periculis me eripiam ignoro. Nam & si voluero in his desertis, in quibus vos degitis, vivere; id mihi penitus non licebit, ob quod apud Deum nunc excusare me possum, quia ipse me in hujusmodi vitæ statu, & in tali ordine hominum collocavit. Tu vero pro istis quas ego fudi querelis, quia me per omnia recreasti, ac sensus paulisper meos à conflictationibus & præliis liberasti, dona mea suscipe, neque ea quæ tibi offero, in contumeliam mei volueris recusare. Mihi enim, quando sapientiam honorare fecisti, non modicum profuisti. Hisque finitis, innuit servis Alexander ut munera quæ sposponderat, exhiberent. Qui mox auri argentique optimas species, diversasque vestes cum oleo ac panibus obtulerunt. Quibus visis Dandamis risit, hoc di-

cens; Num quid ſuadere avibus iſtis potes, qui in locis ſilveſtribus vivunt, ut aurum argentumque ſuſcipiant, & melius, quam conſuerunt, canant? Quod cum fieri omnino non poſſit, me illis vis eſſe pejorem? Cur illud accipiam, quod neque edi à me, neque potari poteſt? Cur accipiam quod mihi nullatenus proſit? Aut quam ob rem id cuſtodiam, quo uti nequeam, niſi forte ut animam meam per omnia liberam hujuſmodi nexibus ligem? Cur ingenuitatem ipſius fruſtra jugo turpiſſimæ ſervitutis addicam? Quod ego numquam prorſus efficiam. Sed neque emere quidquam volo, qui in ſolitudinibus ubi nihil venditur, vivo. Munera mihi Deus, hoc eſt, fructus iſtorum locorum præbet. Nihil enim auro homini vendit Deus, ſed ſapientiam bonam ei qui noverit eam accipere, largitur. Veſte velatus ſum cum qua me matris meæ edidit partus. Aere hoc ut cibo veſcor, libenter video me talem, dum nullis corpus meum nexibus gravo: omnique mihi melle dulcior eſt, ubi naturalis venerit ſitis, aquæ potus ex fluvio. Si autem & panes iſtos dices habere aliquam voluptatem, cur eos incendiſti flammis? Reliquias ego ignis eſcam facere meam nolo, neque in cibos convertere meos cupio quod de alieno ore ſuſtulerim. Hos ergo panes ipſe qui coxit ignis abſumat. Sed ne aliquam tibi qui ſapientiam honoras, injuriam à me æſtimes irrogari, oleum tantummodo iſtud accipio. Quæ ubi Dandamis dixit, continuo ſurrexit, ac ſilvam peragrans, & colligens ligna, molem ex iis maximam fecit, quam igne ſuccendens, his locutus eſt verbis; Brachmanus, inquit, omnia habet, & abunde ex omnibus, ut cupit, paſcitur. Infuſoque oleo mox, pyraque vehementar

incenſe,

incenſa, talem cecinit hymnum Deo; Immortalis, inquit, Deus, tibi ego in omnibus gratias ago. Quæ ubi Alexander vidit, abſceſſit, cuncta ſecum præter oleum, quæ exhibuerat, reportans, ſummopere ſtupens. Dandamis vero hoc etiam ſermonibus ſuis addidit, dicens; Tales univerſi nos ſumus. Calanus vero peſſimus vir judicatus eſt à nobis, eo quod veſtræ ſe exhibuit præſentiæ, & noſtram non imitatus eſt vitam: & quia cum amator Dei eſſe non poſſet, fugit à nobis, & migravit ad Græcos, contemptiſque moribus noſtris, ſe ipſum damnavit immortalibus flammis. Tu vero Macedonum malæ gentis Dominum eſſe te dicis, Brachmanos vituperas, & interfici omnes jubes, credens eorum mendacibus verbis, quod bonum virum facere non oportet. Nos vero rationem vitæ propriæ Deo novimus reddituros tunc, cum ad eum fuerimus profecti. Omnes enim ipſius ſumus, gloriam vanam contemnimus, quod ſtulti facere non poſſunt. Quemadmodum vos tranſire ad conſuetudinem noſtram valetis, qui tam male vivitis? & qui ſemper illa quæ bona ſunt, datis oblivioni? Nos vero Brachmani, memores quemadmodum procreati aliquando fuerimus, & videntes propter quæ vivere debeamus, irreprehenſibilem vivendi curſum tenemus, unumquemque enim Deus certo propoſiti ejus, cui deputatus eſt, fine formavit. Lætamur in deſertis locis, & in mediis ſilvis ſedentes, & in his tantum ſenſibus noſtris occupati ſumus, ne umquam ſermones hominum animas noſtras ab inſtitutis talibus valeant ſeparare. Beatus eſt ille qui nullius indiget, & qui non alienam gloriam cupit, & qui placere vult omnibus, neceſſe eſt ut ſit omnium ſervus. Nobis neceſſariæ

riæ non ſunt civitates, in quibus latronum multitudo colligitur: magnas vero domos nobis extruxit Deus, ac præſtitit, montes pariter, ac ſilvas: ex quibus ſimplices ſumimus fructus, & puræ dona naturæ aquas bibimus: libenterque noſmetipſos reficientes poſt laborem, iis foliis incubamus. Quomodo poteſtis ingenuis hominibus imperare, cum ſciatis vos in poteſtate multorum eſſe? Vos enim veſtris in omnibus quæ concupiſcunt, ſervitis animabus. Nam ſi multas habere veſtes deſideratis, non ut paucos greges ovium paſcatis, non ut paucos qui ipſas tondeant oves, & à quibus ipſæ lanæ intexantur, neceſſe habetis artifices. Quid excuſaris quod mollia veſtimenta non habeas? Æqualis enim ſervitus eſſe probatur in minoribus & majoribus rebus. Nam qui exiguum miratur aurum, & multum deſiderabit: & qui parvæ civitatis fuerit Imperator, & majori cupiet imperare. Præterea etiam ex modica perpetuæ portione, quæ in veſtris ſplendet veſtibus, ſuperbitis: & cum veſtris famulis fuerint indumenta purpurea, vos pulchrius eſſe aliquid exiſtimantes, veſtra colore altero ſplendere curatis. Si autem hoc apud vos bonum non videtur, pauperes judicamini, dum parva miramini. Animalia libenter occiditis, quæ terra progenuit: quæ tamen ipſa plurimum vobis prodeſſe cognoſcitis. Quædam enim ex ipſis tondentur, alia mulgentur: cum quibuſdam agrum colitis, cum aliis dimicatis: quorum poſtea eo quod funditis cruorem, gaudetis, talemque mercedem ipſis, quæ perutilia vobis fuerint, redditis vicem: & quorum vellera vos extrinſecus velant, eorumdem vos carnes intrinſecus onerant, & incipitis eſſe corporum mortuorum ſepulcra viventia. Tantis ergo

tamque

tamque inconvenientibus rebus, tamque contrariis mens gravata, poteſt in ſe recipere Dei ſenſum? Dimitte pauliſper memoratorum animalium carnes, quæ occidis, ſic jacere, & quid ex ipſis fiat intellige. Num quid poteris fœtorem ipſarum ferre non fugiens? Quantæ ſordes, quantæ impuritates animabus atque corporibus inferuntur humanis, quas cum ipſe tolerare non poſſis, includuntur intra illos, atque ab illis inferuntur, à quibus cibi tales deſiderantur. Anima iracundiam parit, iſta concreant vomitum: terra vero fructus & flores, qui foras emiſſis bonis odoribus placent. Tales epulas nobis plantavit Deus, ac præſtitit: humanos ſenſus vos penitus perdidiſtis. Corpora veſtra feras male olent: receptacula enim eſtis pecudum mortuarum: leonibus lupiſque pejores eſſe cœpiſtis. Lupi enim, ſi uti terrenis pabulis poſſent, numquam profecto carnibus veſcerentur. Tauri, equi, cervi juſtis herbarum paſtibus vivunt, unde & validioribus membris, & nervis fortioribus roborantur. Cur hæc animalia magis non vultis imitari? Cur non editis ſilveſtria? & aquam bibitis? Sed cauſa ignis hujuſmodi epulas vobis præparatis, quas cum non eſſe cernitis beſtias fortiores, ideo veſtris non urgentur inſidiis: vos enim quæritis cives plures, expenſas plurimas facitis, & in parvis rebus plurimum laboratis propter exiguam voluptatem: ubi nihil eſt niſi eorum aperta perditio, in quibus fuerit labor vanus. Ergo nihil eſt veſtra infelicius vita. Nos numquam bibimus inviti, ſed neceſſarium ſiti ex fontibus naturæ implemus officium: qui etiam non bibentibus nobis defluunt ſemper. Vos vero propter ventris voluptatem, & non eſurientes, quæritis juges

juges cibos, & quibuſdam artibus vobis multas atque diverſas epulas præparatis: excurritis omne retibus mare, in aere volitantium, in montibus beſtiarum venatione gaudetis, canumque veſtrorum velocitatem mirantes, ferarum reprehenditis tarditatem, atque habitatrices eas malarum ſolitudinum nominatis. Iſtis igitur rebus inſiſtitis hæc animantia inveſtigare, hæc inveſtigata feſtinatis occidere, aut viventia caveis clauſa defertis ad ſpectacula civitatum: non ut fruges feratis, ex quibus famem, neque ut exinde neceſſarium aliquod officium hominibus præbeatis, ſed ut proximum ac ſanguinis veſtri, & opus (quod eſt majus) Dei, cum ſummo dedecore trucidetis, vel ut violenter vinculis illigatum ferarum morſibus ingeratis. Et hoc ipſum libenter aſpicitis, quod cum hominibus feræ pugnent, & quod illæ partem naturæ veſtræ ac ſimilitudinis devorent: poſtea vero illas prorſus feras occiditis, ut crudeles eaſdem, eo quod occiderint hominem, eſſe dicatis: &, quod adhuc ſceleſtius videtur ac pejus, humano ſanguine ſaturati, necdum tot tantiſque malis expleti, veſtrorum cupitis civium ventres replere. Ad hæc, tam dedecoroſis, tamque pravis moribus vivitis, ut & vobis calidas ſuperædificetis domos, quibus ad veſtram explendam voracitatem comeſta digeri citius compellantur. Inſuper & ut proprij corporis inteſtina nimia ciborum repletione diſtendantur, lautiores eligitis epulas, unde peritos quoſque procuratis artifices condiendis atque ordinandis epulis. Nos autem precamur Deum, ne aliquando ſitiamus: nam hoc interdum modo à regula veritatis abſtrahimur, hoc eſt, tunc cum neceſſarium potum noſtro corpori damus, ob quod poſtea

oculos

oculos & manus noſtras veluti ſacrificium aliquod ad radios Solis agentes extollimus. At vos etiam læti eſtis quotiens ſupra modum convivia veſtra celebratis, nec ante veſtris commeſſationibus finem imponitis, quam nimia ebrietate furere incipiatis, & donec ipſum quod ſapere videbamini, bibendo perdatis: & nimio vini pondere ſenſus veſtri cordis oneratis. Feliciores profecto apud vos eſſe crediderim eos, qui inſanire dicuntur. Illi enim ſemper ebrii ſunt, cum tamen vinum non emerint: vos autem pro pretio vini nimiam ſollicitudinem geritis: quo empto voſmetipſos ebrietate polluitis, voſque invicem verberatis, ac tandem ad ſobrietatem reverſi, vix poteſtis agnoſcere quemadmodum ebrietatem veſtram cuſtodire valeatis. Audio etiam quod plurima comedentes ea digerere non poteſtis: & cum tandem à convivii voracitate vix receſſeritis, omnia quæ vos explere ſolent evomitis: ipſamque mutantes perverſo more naturam, ex eadem parte qua eſcas capitis, egeratis; capite, non pedibus, ambulantes. O ſtultiſſimi homines! impletis ingluvie viſcera veſtra atque diſtenditis, ut poſtea iterum arte medicorum corpora veſtra vacuetis; turpitudinem per hæc vobis maximamque ægritudinem quærentes: adeoque eſtis inſani, ut ipſam cupiatis evertere tali curatione naturam, quæ nullam penitus ſentiat voluptatem; finem habentes voracitatis immodicæ ſupplicium, non ſalutem: inſatiabilia enim membra fieri ex morbis continuo ſolent, tormenta comitantur, ita ut poſtremum quod honeſtæ ac probæ vitæ ex tantis deliciis conferatur nihil habeatis. Sed jactare vos audio quia plurima poſſidetis: qui tamen cum aliis multa donetis,

netis, vestris admodum pauca præstatis. Unde vos magis pauperes judicamus, quia ne panem quidem ipsum parentibus datis, innumeras autem habere opes desideratis. Servi ventris vos estis, propterea maxima apud vos turba medicorum est, qui assidua vos purgatione evacuant: faciunt autem id aut jejunio vel inedia, aut arte medicaminum: ut qui plurima vina solebatis haurire, subito ne aquæ quidem modicam quantitatem possitis accipere, quotiens ægritudinum necessitate vexamini. Et sicut tunc ultra naturam multum meri bibitis, ita nunc parum quoque aquæ, quod exposcit ipsa natura, desideratis. Nos vero vinum quidem omnino non quærimus, aquam autem habemus quam solam volumus, & qua maxime delectamur, & sapienter curamus sitim. Non furere & insanire properamus, magisque nobis mortem quam ebrietatem precamur, per quam necesse est homines totis & corporibus & sensibus interire. Ebrius enim videtur quidem vivere, sed, quantum ad sapientiam pertinet, mortuus judicatur: Perdidit enim sublimem ipsam quam homini dedit Deus mentem. Ecquid ii qui se magnos & gloriosos putant, quam falsa spe, & vanis decipiuntur illecebris, qui alternis se invicem manibus lædunt, spoliant, jugulant, cum tandem & ipsi mortem, quæ necessario eis debetur, expectent? Quid denique de illis viris, quasi de magnis quibusdam & aliorum provisoribus loquar, qui more turpium feminarum variis pigmentorum odoribus oleo membra perfusi foris prodire consueverunt, aeris ipsius puritatem dissolutione propria polluentes? Quid de Stoicis Philosophis vestris loquar, qui cum omnes auri amore teneantur, vobis tamen admiratione, vel laude

laude digni videntur? Audimus etiam quod à masculis vestris partem quamdam corporis amputatis, in muliebremque sexum illos convertere gestiatis: Et quod sit apud vos talis homo, qui neque generare ut vir, neque parere possit ut mulier, & qui in suum tantum dedecus, & in suam tantum vivat injuriam. Quis talem humani generis prævaricationem, & tam miserabilem casum etiam cogitando non doleat? Quorum nos miseratione ducti vobis prodesse quantum possumus affectamus: quia & superbiam execramur, & universam humani generis naturam diligimus, ac fovemus: & quasi in alto magnificæ cujusdam domus sedentes loco, nudi tam mente quam corpore, quoscumque spectatores novimus veritatis, & docemus. Et hoc est in quo cæteris hominibus ditiores nos esse putamus. Macedonia vim omnibus facit, quam tamen prius ab aliis ipsa sustinuit. Omnes autem ad deteriora conversi, turpes famuli judicantur. Sed horum omnium malorum quæ nominamus, Brachmani videntur expertes. A nullo enim debellari atque expugnari queunt, quia nullius rei desiderio vel amore tenentur. Tu vero, si vera vis sapere, ad Indiam veni, habita in solitudinibus nudus, omnes quas diligis, & quibus ornari videris, projiciens dignitates: nam aliter non suscipieris à nobis. Et tunc amabis ea, quæcumque paulo ante vidisti, quæque miratus es: neque ullus contra te ulterius dimicabit, aut quidquam tuorum tibi auferre quis poterit. Neque aliena collatione, neque aliorum sudore pasceris: eris enim in omnibus dives. Et quoniam desiderare te scribis, ut in aliquo tibi prosim: Non invi-

demus illis, qui vere pium imitantur Deum. Universam enim humanam ubique naturam volumus, quantum per nos fieri potest, meliorem evadere.

Secuti sumus exemplar inter S. Ambrosii opera excusum, cujus leviora quidem errata in textu emendavimus, graviora cum conjecturis nostris hic exhibemus.

PAg. 58. a, 10. Dolenorum, *lego* Adulenorum.
P. 67. a. 21. omnibus, *l.* ovibus.
P. 67. a. 24. feminas, *l.* ut feminæ.
P. 70. a. 4. tollet, *l.* filet.
P. 78. b. 3. perpetuæ, *l.* purpuræ.
P. 79. b. 14. cives, *l.* cibos.
P. 82. a. 4. parentibus, *l.* petentibus.
P. 82. b. 4. ad deteriora conversi, turpes, *l.* ad deteriora conversæ sortis.

ALEXANDRI



ALEXANDRI MAGNI
Regis MACEDONUM
ET
DINDIMI
Regis BRAGMANORUM

De Philosophia per Literas facta collatio.



SÆPIUS ad aures meas fando pervenit, rationem vestræ vitæ à communium qui ubique sunt hominum discrepare: Nam nec terræ nec pelagi subsidiis uti vos, asserunt nunciantes. Quæ res, sui novitate mirabilis, rumorum licentia videtur incredula. Et recte consulere per has te, Dindime, Literas properavi, ut, si verum est quod

quod audivimus, & ſi Philoſophandi cauſa hoc faciatis, incunctanter expedias. Quo certior effectus, ego quoque, ſi fieri poteſt, diſciplinæ ſectator hujus exiſtam. Semper enim virtutum ſtudiis ab ineunte ætate dedi operam, traditaque mihi à ſapientibus innocentiæ mandata non indiligenter, ut arbitror, conſervavi; quibus tamen ita informamur ad bene vivendum, ut bene vivendi omnino cauſſas & remedia non perdamus. Sed quia veſtra excellens offertur induſtria, præter illas philoſophicas Philoſophorum notas uſitataſque doctrinas, cultum quendam obſervantiæ ſingularis inducit, quæſo, ut hanc nihil moratus operias: Nam nec vobis ex hoc aliquid jacturæ proveniet, & nos aliquid fortaſſe commodi ſortiemur. Libera enim eſt res communicari, & neſciens pati diſpendium, cum in alterum participata transfunditur. Sicut ex una lucerna ſi lumina plura ſuccenderis, nullum damnum principali materiæ generabis: Quæ quidem facultatem accipit plus lucendi, quotiens cauſas invenit plus præſtandi: Quapropter obſecro ut præbeas reſponſa quæſitis.

Prima

Prima Responsio DINDIMI *Regis contra* ALEXANDRUM *Regem Magnum* MACEDONUM.

DEsiderantem, Alexander, te scire quid sit perfecta sapientia, licet hujus te non ignarum profiteri belle conlaudem, quia quod solum est omni regno præstantius id assequi maluisti: Etenim Imperator ex Philosophia non dominari solum creditur, sed servire quam plurimis. Verumtamen quod satis mihi durum, & prope impossibile videtur, nunc ad nostra instituta transduci, cum procul aliis, quam noster cultus exigit, disciplinis & moribus sis imbutus: Stat verum tacere, teque veniam super his quæ postulas dari. Maxime quia nec mihi ullum suppetit uber eloquium, & tibi necessitatibus bellicis occupato parvum temporis ad legendum datur: Sed ne invidiæ causa deserere me diceres, expediam ut potero quæ requiris. Nuncios enim de nobis dudum ad te prolatos non immerito famæ incredulus respuisti, nam solet gaudere figmentis: Nunc tamen ex me indubitanter percipe rerum fide contentus ad beate vivendum, quales habeamur agnoscens: sit tui sane judicii quæ proferemus utrum sequenda censeas an spernenda. Gens igitur Bragmanorum pura & simplici vita vivit. Nullus reus capitur inlecebris: nil appetit amplius quam ratio naturæ flagitat: omnia patitur ac tolerat, illud putans necessarium quod scit non esse superfluum;

facilis

ſacilis nobis ſemper alimonia, nunquam luxuriæ ſagacitas per omnia currens elementa perquirit, ſed quas tellus ferro inviolata producit menſam epulis oneramus: Hinc eſt quod nulla genera morborum numeramus & nomina,ſed diuturnis gaudiis intemerate defruimur: Nullus itaque apud nos ſanandis corporibus uſus herbarum eſt,nec in alienas pernicies auxilium petimus conſtituti: opem non precatur alter ab alio, ubi vivitur inter pares: Locus non præbetur invidiæ, ubi nullus ſuperior eſt: Omnes divites facit paupertatis æqualitas: Judicia non habemus, quia corrigenda non facimus: Leges nullas tenemus, quas apud vos crimina perferunt: Nam dum plerumque ſeveris ſane timoribus incognita prohibent, facinora docuerunt. Una genti lex eſt contra jus naturæ non ire: Miſericordiam nulli tribuimus, quia nec ipſi miſeranda committimus: culpas noſtras aliorum remittendo peccata non abluimus; nec ſparſis divitiis ſcelera congeſta redimimus: Quid enim proficit in proximum depenſa munificentia noxæ,cum ſit avaritiæ ſimile quod fertur: Et fortaſſis ſincerior eſt ille cum quo male conſcius raptim patrata communicat, & ita fit à vitiis largientis, ut par qui accipit habeatur: Pravitas enim quos contingit exæquat. Laborem non exercemus qui nutrit avaritiam: Otium turpe devitamus: Libidini membra debilitanda non tradimus:Nihil facimus quod caſtigetur: Nefas eſt apud nos juga montium vulnerari dentibus, vel camporum nitorem rigare vomeribus,aut gementibus tauris ſtridentia plauſtra ſubjungere: Cruentis dapibus uterum non torquemus: Veſcendi cauſa ſecta littorum retibus non rimamur; non æquoreas animan-

tes

tes ſecta venatione decipimus, aut aeris libertatem captu avium verberamus: Silvarum incolas non vaſtamus indagine, neque ſpolia ferina domum convehimus. Omnia poſſidemus quæcunque non cupimus: eſt enim ferociſſima peſtis cupiditas, quæ ſolet egenos quos cepit efficere, dum finem requirendi non invenit; ſed magis quo fuerit locupletata, magis mendicat in uſum libidinandi. Turrita culmina non levamus, nec auras ſalubres arte quadam decoquimus; nec gelidos aquarum curſus fermenti ſtatione concludimus. Cur autem nos lavacra poſcamus quorum corpus immundis contactibus non ſordeſcit? Sole caleſcimus, rore humectamur: ſitim rivis frangimus; thorum miniſtrat humus; ſomnum ſollicitudo non rumpit; Mentem cogitatio non fatigat: In homines noſtri ſimiles ſuperba non agitamus imperia, nec quenquam vel minima ſervitute affligimus, præter corpus, quod ſolum animo famulari debere cenſemus: Alioqui ſævitia eſt in obſequium cogere quos nobis fratres eadem natura progenuit; & quibus ab uno Deo patre communium bonorum ſpondetur hæreditas. In extruendis domibus igne ſaxa non ſolvimus, nec limum rurſus in lapides ſabacium fornacis modo reformamus, nec admixtione velificati pulveris cementa duriora conficimus: fundamenta non jacimus in profundo, ne cui noſtrum vetus oceani poſſeſſio mulctetur: Ibi cubicula nobis aprica, ubi fuerat quondam procelloſa navigatio; dum terrarum dilatare quodammodo molimina anguſtiora, & defectui creatoris velut quædam ſupplementa præbemus: Quin potius in defoſſis telluris ſpeluncis, aut concavis montium latebris ca-

paciter habitamus. Nullos ibi ventorum fremitus, nullos tempestatum turbines formidamus. Tutius nos defendit ab imbre spelunca quam tegula; cujus geminus nobis usus est mansionis, quia dum vivimus proficit vitæ, dum morimur sepulturæ. Nullus apud nos pretiosus amictus est, nulla vestis fucato colore contexitur. Membra papyri tegmine, vel quod est verius, pudore velantur. Fœminæ nostrates non ornantur ut placeant, quæ quidem ornamentorum cultum magis oneri deputant quam honori: etenim nesciunt in augenda pulchritudine plus affectare quam natæ sunt. Nam quis potest opus naturæ corrigere? Quod cum fuerit, aut infructuosū est quia vincitur, aut criminosum quia præsumitur. Nullus apud nos incestus, nullum adulterium, nulla corruptio nominatur. Ad concubitum non admonet nos libido, sed sobolis amor; non novimus amorem nisi purum: Abortivis actibus procedere fœta nascentia non novimus; nec in ira vivum corpus morti invehimus alterius: In hominibus conspiciendis sterilitatis ob causam minime Deum suo jure privamus; nec in rapienda vita superstitum, gladiis urgemus morantia fila parcarum. Arma non sumimus, bella non gerimus; pacem moribus non viribus confirmamus. Sola fortuna est adversus quam sæpe pugnamus, & sæpe vincimus, quæ temeritatem suam in nos experta deplorat. De fatis nihil querimur, quia potestatem illis contra nos recte agendo non damus. Mortem non patimur, nisi quam ætas affecta portaverit. Nemo denique parens filii comitatur exequias. Nulla nos instruimus instar templorum sepulchra defunctis, nec in gemmatis urnis funera combusta convehimus:

Quod

Quod non honori dixerim ſed potius pœnæ: Quid enim miſerabilius his oſſibus, quæ ne genitrix terra complectenda recipiat concremantur? Sed hæc veſtra ſunt argumenta: O divitiæ quæ nec ſatietatem viventibus conceſſiſtis, & mortuis ſupremam requiem ſuſtuliſtis. Invenit, ut video, veſter furor in homines & poſt fata quod torqueat; non enim finitis gremio ſuo tellurem cineres fovere quos edidit, dum munifica ſpecie miniſterii jucundam miſeris eripitis ſepulturam: diſcant homines qualem viciſſitudinem amoribus exhibeatis veſtris. Vos eſtis malorum omnium cauſſa mortalibus: Vos Aſiam & Libyam brevibus concludi finibus affirmatis: Vos Solis meatum trepidare facitis, dum curſus ſui terminos armis diſquirit Alexander. Vos tartareum cuſtodem ſopiri poſſe pretio ſuggeſſiſtis. Vos omnia conſumentes vultum ſemper jejunum geritis. Vos pias patrum dextras natorum jugulis ſceleraſtis: Vos in maternum concubitum verecundos juvenes ipſa cupidine ſtupente duxiſtis. Vos in ſuperbiam Reges mitiſſimos incitaſtis, quibus cum terrarum ſpatia minime ſufficere ſuadetis, poli quærere ſedes hortamini; licet nec Deos veſtros morbi dimiſeritis exſortes. Nam & per ipſos nefanda commiſiſtis: Teſtes ſunt Jupiter & Proſerpina; ille quod pudicam mulierem fefellit auratus; illa quod vivum corpus in tartara non aliter niſi auro ſuſcepit oblato. Vos liberos homines honeſtate privatis: Vos ſervos nobilitate donatis: Vos captivos triumphis extollitis: Vos Reges facitis non poſſe quod volunt: Vos judices integritate nudatis. Omnia tenetis, & omnibus vos habentibus imperatis: Sola ſapientia Bragmanorum

vos ſuperat non amando : Sed his ſatis, nunc reliqua percurramus. Peſtilentiam Bragmani non patimur, neque enim fœdis actibus temeramur : Cœlum ſemper temperiem tenet apud nos : cum temporibus natura concordat, ut vices ſuas elementa non offenſa cuſtodiant : Medicinæ remedium nobis parſimonia eſt, quæ non ſolum illapſos poteſt curare languores, ſed etiam procurare ne veniant. Nulla nos ludicra ſpectacula, nec equina certamina, nec ſcenicas turpitudines, affectamus: Voluptati non ducimus arenam : ſanguinis fluenta manantia abhorremus : Quid enim Mimus hic faciet ubi nullum veſtigium quod ridendum de nobis poſſit exhibere? Quid tragœdus agat nihil inveniens cum clamore ? Cur juvenes beſtiis objiciantur immanibus, cum nullius noxam talis pœna reſpiciat. Nos theatrum ſpectare cum volumus, noſtrorum operum monumenta, quæ cum ſint maxime ridenda, deflemus: Alia porro nobis ſpectacula diverſaſque voluptates exhibet mundi machina, in qua videmus polum pulchre formatum ſignorum varietatibus ſtellarumque fulgoribus rutilare: Solem puniceis invectum jugalibus crines per orbem radiantes effundere, quem biſſenis incumbens menſibus redivivus annus inde perſequitur : Temporibus ſepta ac pampineis cincta redimiculis comitantur : Dies quoque volubiles, & horæ volubiliores antecedunt : Certamus etiam pelagus colore purpureo venuſtare, quod placidis & amicis excitatur ſemper fluctibus ; non ferire germanam terram creditur ſed amplecti, cujus multiformes piſces vagique delphini æquoris madidas undas atque ſaltus innocenter exercerent : Temporum quin-

etiam

etiam læta virentium ſpecie delectamur: ex quibus odor gratiſſimus florem ſuavitatis exhalans oculos ſimul paſcit & animum: Nemorumque nobis & fontium opaca ſcilicet arridet amœnitas: quam variæ ſimul alites muſicis concentibus perſonantes melos dulces componunt. Hæc ſunt naturæ ſpectacula, quæ & imitare difficile eſt, & refutare culpabile. Nos mercandi gratia pontum claſſibus non ſulcamus, nec ſub alio jacentes ſole provincias faſtidio terræ alterius expetimus, quæ commeantibus tam ſæva pericula præbeant. Nunquam nos peregrina ſpecies ardore ſuæ pulchritudinis inflammavit, quibus nihil decentius eſſe creditur quam viſio propiorum: Nec famulos ſibi faciet multis caſibus opum devicta materies, quos liberos edidit abſoluta pauperies. Nos artem bene loquendi non diſcimus, neque facundiæ rhetorum oratorumque damus operam; cujus officium eſt faleratis ſermonibus figmentare mendacia, & innocentiæ fidem conferre criminibus, ac parricidii reos aſſignare piiſſimos: Qui dum putant ſe alienæ laudis factum per iniquam victoriam rapuiſſe, neſciunt munimentum ſuæ conſcientiæ perdidiſſe. Simplex apud nos eloquentia eſt communiſque omnibus non mentiri. Philoſophorum ſcholas minime frequentamus, quorum doctrina diſcordia, nihil ſtabile certumque definiens, ſemper ſequentibus placita priora reſcindentibus: quorum una pars bonum in honeſtate, alia in voluptate conſtituit; & quod aſſerunt unde ipſi ſcire potuerunt demonſtrare non poſſunt, ſed audent opinionibus ambiguis non comperta firmare. Noſtra Philoſophia edita eſt quæ juvare non niſi juſte novit, nocere nec injuſte; nec

nec aliis inferre dulce eſt quod nobis mœrorem generat cum infertur. In honorem divinum pecudes innocuas non mactamus, nec delubra metallis argenteis incruſtata fundamus, nec altaria auro & gemmis ſplendentia dedicamus: Quæ ſi ut non habenti Deo largiaris, ſuperiorem te aſſeris; ſi habenti, parem: quod utrum vis feceris contumelia eſt: Nam quiſquis cæleſtia preciis invitat, offendit. Non ſuſcipit Deus ſacra ſanguinea, cultum diligit incruentum, ſpernit funeſta libamina, verbo propitiatur orantibus; quod ſolum ei cum homine eſt; ſuaque nimis ſimilitudine delectatur: Nam Verbum Deus eſt, hoc mundum creavit, hoc regit & alit omnia: Hoc nos veneramur, hoc diligimus, ex hoc ſpiritum trahimus: ſiquidem ipſe Deus Spiritus eſt atque Mens: Atque ideo non terrenis divitiis, nec largitate munifica, ſed religioſis operibus & gratiarum actione placatur. Quapropter nimium vos excordes & mirabiles judicamus, qui originem veſtram non ſuſcipitis eſſe cœleſtem, magnamque cum Deo habere cognationem. Splendorem generis veſtri rebus viliſſimis obfuſcatis, quippe quibus maxima voluptas in carne eſt: Hanc fovetis, hanc colitis, hanc amatis, cujus & contrectatio viventis horrenda eſt, & contagio morientis inceſta: in cujus uſibus elementa vexantur, & mundus exhibendis laborat obſequiis: et quod eſt vehementius, audetis etiam Deum cæſis carnibus expiare: Cultumque religionis non uni qui ſolus eſt, ſed plurimis qui non habentur exſòlvitis; & in hoc ſcilicet a carne decepti: Nam hominem mundum eſſe parvum dicitis, & ſic in eo multiplicata ſunt membra diſpoſita. Item alios Deos fingitis in cœlo conſiſtere, quorum

rum unicuique divisas partes vestri corporis deputatis: & familiarius singulis victimas immolatis, & vocabula illis exquisita tribuistis, asserentes Minervam capitis arcem, utpote sapientiam tenere, Junonem iracundiæ præsidentem præcordia tenere, Martem bellorum præsidem pectora vulneribus apta distinguere, Mercurium facundiæ repertorem linguæ januas subsidere, Herculem lacertos sibi utpote pugilem vindicasse, Cupidinem jecoris secretarium coercere, Bacchum ebrietatis autorem cellaria gutturis obtinere, Cererem frumenti datricem horrea ventris incolere, Venerem matrem libidinis femorum occupasse cubilia, Jovem quasi aereum spiritum in naribus habere prætorium, Apollinem medicinæ & musicæ præceptorem palmarum habitacula possidere. Tantaque hominis fabrica Diis quos dicitis vestris dominando contradicitur, nulla parte corporei domicilii vestris sedibus reservata: Qui tamen nec gratiam nobis debitam ut liberis hospitibus referunt, sed ut inquilinis obnoxiis solvendum vectigal imponunt: Atque alius alia tributa proflagitat: Itaque Marti aper cæditur, Baccho dicatur hircus, Junoni pavo mactatur, Jovi taurus dicatur, Apollini cygnus offertur, Veneri columba decernitur, Minervæ noctua consecratur, Cereri farra libantur, Mercurio mella panduntur, aras Herculeas populea corona circundat, fanum Cupidinis rosea serta condecorant: nec patiuntur idem, si necessitas exigat, commune sibi pulvinar offerri, sed unusquisque Deus proprios flamines & sorte sibi datum munus assequitur, si tamen Dii appellandi sunt, quibus potestas non nisi in certis sibimet offerendis animalibus est data. Digna vota vel

potius

potius digna tormenta vestris erroribus exhibetis: Re etenim vera non opitulatores Deos, sed carnifices teterrimos invocatis, qui viscera vestra suppliciorum diversitate discerpant: Necesse est enim in corpore vestro tot pœnas constitutas esse quot Dii sunt, dum singuli suis vos cogunt inservire ludibriis. Unus trahit ad bellum, alter eundem ducit ad luxum, ille lucrandi causa hortatur inquiri, hic desiderium suggerit epulandi: Omnes imperant, exigunt, urgent, spatium quiescendi nullus indulget: Et hoc modo sensibus vestris latendi seductione sopitis miserum corpus obstrictum in officia numerosa marcescit: Atque ita fit ut malorum vestrorum semina, dum per socordiam non valetis abjicere, colatis ut Numina. Et sane miror vos, qui cum sitis cupidi opibus & avaritiæ studio, frustra tot Diis esse munificos, præsertim omnia execranda jubentibus: Qui si vos sacrificantes exaudierint, conscientiæ vestræ damna trahitis; si non exaudierint, facultatum: Ergo sive irati, sive propitiati fuerint, semper nocent. Hæ sunt illæ Furiæ scelerum vindices, hi illi cruciatus tartarei Poetarum vestrorum carminibus decantati, qui vos velut jam mortuos propter impiam profanamque superstitionem atque contemptum veræ religionis excruciant. Etenim si miserias vestras volueritis intentius intueri, nihil inaniter relatum de inferis invenietis; omnia enim quæcunque finguntur apud eos esse simulachra, vos estis: Igitur Eumenides sunt fœdissimæ cogitationes, Tisiphone prava conscientia, umbra exsanguis vestra corpora mentis sanitate carentia, pœnæ infernæ sunt curarum pro delicti continuitate vigiliæ, Tantalus est inexplebilis sem-

ſemperque ſitiens cupiditatis aviditas; Cerberus mala ventris edacitas, cui quia non ſufficit unum, terna ora collata ſunt. Hydræ ſunt vitiorum poſt ſatietatem renaſcentium fœditates; viperina corona eſt actuum ſordidorum ſqualor horribilis; Pluto eſt animus humani corporis rector ignavus, qui quoniam cœleſtibus bonis ultro caruit, merito ſedibus damnatus eſt inferni; palantes ſunt Dii quos ſine ratione colitis, O vos feliciſſimos, quorum & religio crimen eſt, & vita ſupplicium.

Reſponſio ALEXANDRI.

SI hæc ita ſunt, ut aſſeris, O Dindime, ſoli, quantum video, Bragmani hominum numero tenentur, ſolique exſortes corporeæ creduntur eſſe ſubſtantiæ, qui vivis omnibus carere dicuntur, qui conceſſis naturæ voluptatibus non utuntur, qui ſcelus putant eſſe quod naſcimur, qui nefas exiſtimant omne quod agimus, qui beneficia emolumentorum depenſa mortalibus moleſta pro neceſſariis judicant, qui artium diverſarum miniſteria ſcelerata pronuntiant, qui omnino deſtruunt jura vivendi, & aut Deos eſſe non profitentur, aut invidere Deo, cujus tam pulcherrimam vituperant creaturam. Hæc judicio meo dementiæ potius quam Philoſophiæ annumeranda ſunt.

Responsio Dindimi.

Nos, inquit Dindimus, non sumus incolæ hujus mundi, sed advenæ; nec ita in orbem terrarum venimus, ut in eo libeat consistere, sed transire: properamus enim ad larem patrium nullis delictorum ponderibus prægravati, nec aliquibus illecebrarum tabernaculis commorantes, nec flagitiorum cauponibus obligati; nihil inde eorum pene contigimus, nulla cupiditatum furta pro vectibus occultamus; quippe qui nudi conscientiæ fronte progredimur, & expediti ac faciles spatium propositi decurrimus itineris. Deos autem non esse non dicimus, nec immensitati cœlestis operis, ut insimulas, invidia detrahimus, sed asserimus bonitate nos Dei non male uti: nec omnia licere & decere firmamus, sed ea quæ voluntas sibi vindicat honestate plerumque rogamus amittere. Deus enim rerum conditor varias species formavit in mundo, quarum usum humano permisit arbitrio discernendum. Quisquis ergo deterioribus omissis meliora sectatur, non ipse quidem Deus est, sed Dei amicus efficitur. Cur autem quæso visum est tibi nos continenter & pie viventes dicere Diis, vel certe invidere Deo, siquidem justius in vos cadit ista suspicio? Nam cum superbiam vestram nimiæ felicitatis tumor inflaverit, oblitique quod ex hominibus estis, firmatis Deum non curare de mortalibus. Vobismetipsis templa fundatis atque aras erigitis, & immolationibus pecudum lætamini vos vocari; hoc patri videlicet, hoc avo, cunctisque parentibus

bus

bus certum eſt fieri ; hoc etiam tibi pyramidum forſitan promittit inſtructio. Quapropter furioſos vos eſſe dixerim, qui quod agitis ignoratis ; aut ſi Deum ſcientes contemnitis,ſacrilegii reatu teneamini : cum ergo cæcitatis veſtræ tenebras certe ceu cernentibus applicatis,& animum veſtrum tali convitio ſauciatis, non ſinitis ut miſeriis veſtris lachrymas ſaltem,quod eſt extremum munus pereuntium, dependamus. Valde enim lamentandi eſtis, quibus inexpiabiles pro divinitatis injuria pœnæ præparantur : quarum certiſſimum documentum eſt Salmonei juſta damnatio, qui fulgorem ſuperni luminis æmulatus, quod imitabatur, expertus eſt ; vel Enceladi ſepultura, qui dum violentis auſibus aggredi cœlum manibus voluit, premitur tumulo montis igniti. Talibus remunerantur honoribus, qui ſe non cognoſcunt eſſe mortales.

Reſponſio ALEXANDRI.

TU nunc ideo te dicis beatum, O Dindime, quia in ea mundi parte ſedem vobis natura conſtituit, in qua nec acceſſus advenis, nec exitus indigenis aperitur ; ſed excubiis oppoſitæ difficultatis obſeſſi, quam vitare non valetis,veſtram patriam laudatis ; & quod damnationis cauſa patimini , continentiæ ſtudio meruiſſe jactatis. Itaque ſecundum veſtram ſententiam & illi beati dicendi ſunt, qui perpetuis innexi vinculis, & diuturno ſqualore marcentes, vitam pœnalem ſibi conſeneſcentem producunt. Neque enim

 diſcrepat

discrepat ab eis vestra Philosophia; nam vobis item bonorum usus interdictus est, ut illis cruciatibus quos criminosis apud nos jura sanxerunt, vobis lex naturalis adhibuit; & præcepta quæ vobis continentiæ vestræ necessitas dedit, illis carcer instituit. Ita fit ut qui à vobis Philosophi vocantur, rei pronuntientur à nobis. Et sane convenit potius vestras miserias vos lugere, proque tantis malis trahere profunda suspiria. Quid afflictius, quid calamitosius homine cui libere vivendi negata potestas est? Arbiter inquam de vestris moribus Deus auctor præsens erit, quos noluit tartareis post obitum reservare suppliciis, sed vivos perferre statuit inopiam mortuorum, quam vos Philosophiæ vocabulo falso concinnatis. Nec tamen ex hoc aliquis vobis fructus laudis exquiritur, nullum enim virtutis meritum est id nancisci, quod mutare non poteris; sed nec gloria dicenda est quam sibi quisque non dederit: verius ergo non beatitudinis sed castigationis esse affirmo quod vivitis; &, si placet, institutionum vestrarum partes singulas percurramus. Nec habere Bragmanos consuetudinem semina mandare telluri, nec arbores vitibus decorare, nec plantariis arborum nuda vestiri camporum, nec ædificia pulchra constituere. Harum rerum manifesta ratio est, quod ferrum & metallum vobis indignatio naturæ non præbuit, quo cuncta quæ numeravimus excoluntur; aliunde autem assumere negotiationem navigii non potestis, atque ideo vos necesse est herbis palmitibusque depastis vitam horribilem pecorum more transigere; aut non idem lupi faciunt, quibus cum carnem præda non suggerit, terreno cibo rabiem famis coguntur

tur explere. Quod ſi liceret vos in noſtras migrare terras, profecto Philoſophiæ veſtræ penuria nullatenus requireretur, ſed in ſuis deſerta finibus inhæreret; aut ſi nos in veſtras ſedes tranſire poſſemus, ſapientes inopes redderemus. Quem exulem non ſtatim comitatur continentia? quæ ſi venit ex arbitrio, virtus eſt, ſi ex imperio, pœna. Ergo non in anguſtiis & egeſtate, ſed in opulentia, temperanter vixiſſe laudandum eſt; alioquin cæcitas & paupertas ſola virtutum gloriam ſortiuntur; illa quia non videt, iſta quia non habet, ut cupiat. Fœminarum igitur veſtrarum nullus, ut aſſeris, decor augetur ornatibus: aſſentior; quippe nec ars officium nec materia ulla ſuppeditat. Nemo apud vos inceſtivo vel adulterino inflammatur ardore: miranda res eſſet, ſi proprio non neceſſitatis judicio viveretis; ſi animum veſtrum ab illicitis amoribus pudicitiæ contemplatio, non deformitatis arceret aſpectio; ſi caſtitas non coactis ſed indicatis jejuniis teſtimonium voluntatis eriperet; etenim nulla ſævior poteſt mortalibus peſtis evenire, quam hæc res, quæ quidem deſideria hujuſmodi non ſolet de ſenſibus humanis auferre, ſed factum; id eſt, non mentem ab ſcelere prohibere, ſed corpus ab opere; non reprimere jubentis imperium, ſed tollere famulantis obſequium. Manet igitur cauſa peccati, cum vel præſto etiam ſi poſſet non ſubiret. Dicitis leges vos & judicia non habere, literis non ſtudere, miſericordiam neque petere neque tribuere. Omnia hæc enim mortuis conſtat vos habere communia; quibus ut facultas ſeniendi non ſuppetit, ita voluntas fruendi ſublata eſt; rationibus nobis, id eſt, rationalibus hominibus, qui nullius inediæ lege perſtringimur,

mur, qui ad bene vivendum libero inſtigamur arbitrio, ut voluntariam continentiam digna remuneratio conſequatur. Dedit multas natura blanditias, quas plerumque virtus ſopita inhibet ; impoſſibile eſt enim ut tantam mundi magnitudinem non alicujus temperamenti moderatio gubernaret,& faceret triſtibus læta ſuadere. Siquidem variis caſibus voluntas humana & mortalium mens ipſa diverſa fit ; ac pro viciſſitudine temporum motibus cauſarum ſemper raptatur animorum ; quinetiam ſpecies cum cœli mutatione vertuntur, & liquido quidem die nitent, coacta vero nube fatiſcunt : ipſorum vero caſuum ratio non minus inſtabilis videtur eſſe quam multiplex, & non ſolum rebus, ſed etiam ætatibus immutatur : hinc eſt quod ſimplicitate gaudet infantia,temeritate juventus exultat,canicies imbecillitate tardatur ; Quis enim aut audaciam requirit in puero,aut in adoleſcente conſtantiam,aut mobilitatem poſcit in vetulo ? Multa ſunt quæ viſui noſtro, alia quæ auditui, nonnulla quæ odoratui, vel tactui, vel ſapori voluptuoſa ſuccurrunt, quibus ærumnarum quas ex labore contrahimus mulceatur aſperitas ; & ita modo ſaltationibus, modo cantibus oblectamur, nonnunquam . . . . . . ſuavitate odoris vel guſtu dulcedinis aut contactus . . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . . contraria humani generis ſtructura conditur : & unumquodque ſuis partibus ſatisfaciens, ſub diſpenſatione nobis tribuit familiare ſubſidium, quo moles corporea ſapienter fabricata conſiſtat.Sic ergo fructus nobis ſeminum monſtratur e terra, copiæ piſcium

ſcium efferuntur e mari, avium catervæ largiuntur ex aere: his ſi tu ſpernendo volueris abſtinere, aut ſuperbiæ notaberis, quia donata repudias, aut invidiæ quod à meliori præſtentur.

Corruptiſſimi exemplaris vitia hoc modo emendanda cenſemus.

PAg. 86. a. 16. offertur, f. fertur.
86. b. 1. inducit, f. inducere.
86. b. 3. operias, f. aperias.
86. b. 7. communicari, f. communitas.
87. a. 11. ex philoſophia, f. exſors philoſophiæ.
87. a. 19. ſtat verum, f. Statueram.
87. a. 2. dari, f. dare.
87. b. 12. fide, f. fidem.
87. b. 19. Nullus reus, f. Nullius rei.
88. a. 2. nunquam, f. non quam.
88. b. 11. patrata, f. parata.
88. b. 21. dentibus, f. dentibus raſtrorum.
88. b. 22. rigare, f. rugare.
88. b. 27. ſecta, f. ſecreta.
89. a. 1. ſecta, f. ſecreta.
89. b. 13. ſabacium, f. ſubactum.
90. b. 3. procedere, f. præcidere.
90. b. 7. conſpiciendis, f. concipiendis.
91. a. 1. dixerim, f. duxerim.
91. a. 4. complectenda, f. complectendo.
92. a. 2. his, f. de his.
92. b. 2. noſtrorum, f. veſtrorum.
92. b. 15. ſepta ------ cincta, f. ſepti----cincti.
92. b. 28. Temporum, f. Camporum.

93. a.9. dulces, f. dulce.
93. b 27. edita eſt, f. ea eſt.
94. a. 19. cum homine eſt, f. cum homine eſt commune.
94 b. 5. ſuſcipitis, f ſuſpicitis.
94.b.13. horrenda, f. horrida.
95. a. 5. tribuiſtis, f. tribuitis.
97.b.6.feliciſſimos,f.infeliciſſimos.
97.a.13 tenentur,f.eximuntur.
97. b. 16. invidere, f.invident.
98. a 14. pro veſtibus, f. ſub veſtibus
98. b. 3. amittere,f. admittere.
98.b.13. dicere, f maledicere.
98. b. 24. vocari, f. invocari.
100. a. 27. exquiritur, f acquiritur
100. b. 13. veſtiri, f. veſtire.
100: b. 20. negotiationem, f. negotiatione
100. b. 25. aut, f. an.
101. a. 2. vos, f. vobis.
101. a. 16. ſola, f. ſolæ.
101. a.22 officium,f.offucium.
101. b. 4. indicatis, f. indictis.
101.b.24. ſeniendi, f.ſumendi.
102.a.11.ſuadere, f.ſuccedere.
102. a. 16. raptatur animorum, f. fit raptatus animorum, *vel*, raptatur animus.

FINIS.
